Alv

In Nomine Jesu!

Ahasveri Fritschi,

ADVOCATUS PECCANS

Sive

TRACTATUS

D E

PECCATIS ADVOCATORUM ET PROCURATORUM,

Conscientiæ ipsorum excutiendæ inserviens.



FRANCOFURTI & LIPSIÆ,
Sumptibus Esaiæ Fellgibel.
Bibliopol. Vratislaviens.

Anno M DC LXXIIX.



DEDICATIO.

ILLUSTRISSIMORUM

COMITUM DE SCHWARTZBURG ET HOHNSTEIN &c.

Utriusque Lineæ,

SONDERSHUSANÆ ET RUDELSTADIENSIS

DOMINIS

CANCELLARIIS

AC

CONSILIARIIS

RELIQUIS,

VIRIS


Nobilisſimis Amplisſimis, & Conſultiſimis,

Dominis, Fautoribus, reſpectivè Collegis & Amicis ſuis honoratiſſimis

Salutem ac Felicitatem

precatur

AHASVERUS FRITSCHIUS.



Uòd Libellum hunc de Peccatis Advocatorum, *inter conctenata negotia Publica conſcriptum, Vobis,* VIRI Ampliſſimi, *Sacrare viſum mihi ſit, id pro-*

pterea factum, partim ut publicè testaretur, quàm grata & jucunda mihi fuerit, quam per tot annos sincerè coluimus, amicitia; partim ut Nobis in mentem revocarem sermones, quos de multorum Advocatorum vel potiùs forensium Rabularum, in excitandis, cumulandis ac protrahendis litibus impio, ac publicè pernicioso studio, sæpiùs habuimus. Deplorandum sanè maximè, etiam hoc tempore omnium calamitosissimo, quò non tantùm, proh dolor! Germania nostra, verum tota ferè Europa, horrendis bellorum flammis conflagrat miserorum hominum fortunas, continuis militarium exactionum oneribus ferè exhaustas molestissimis sumptuosorum processuum vexationibus subjici. Scriptum hoc, quo Advocatorum peccata, *sat aliàs nota, eo fine detegimus, ut in posterum evitentur, æqui boniq; consulere velitis, rogo. Faxit Deus benignissimus, ut tandem aurea PAX ad nos redeat, floreat justitia, vigeat æquitas, vireat fides ac probitas, cessetque* malum illud Babylonicum, *quo magnæ res tàm publicæ quàm privatæ Collabi solent, DISCORDIA. Valete. in Domino nostro, & quod agitis, porrò feliciter agite.* Dab. Rudelstadii. d. 26. Novemb. Anno 1677.

Son-

Sonnet.

SO recht! Wann Sich auch die umb's **Werck** des **HErrn** bekümmern/
Die in dem Stande seyn/ daß Sie nebst guthem Rath
Auch können sonderlich befördern selbst die Tath/
Damit das **Christenthumb** nit vollend geh zue trümmern/
Als man dan überall fast schmertzlich höret wimmern/
Und klagen ohne Maaß / daß alles böse sey
Und sampt der **Gottesfurcht** verschwunden alle **Treu**.
So/ sag ich/ kan gar leicht das Guthe wieder schim̃ern/
Wann wahre **Gottesfurcht** und die **Gerechtigkeit**
Im **Rath** beysam̃en seyn/ und sich zue aller Zeit
Im Werck und in der That getreulich lassen sehen/
Wie hier **Herr Fritsche** des ein schön Exempel ist/
Bey dem es redlich heißt: **Jurist ein frommer Christ.**
Drumb laß' es **Gottes Handt Ihm** stetigs wohl ergehen!

Also wolte des weitberühmten Herrn Autoris, seines hochschätzbaren Gönners und Freundes/ recht Gottseeligen Eyfer / das sehr zerfallene Christenthumb auch seines Orths nach Möglichkeit wiederumb auffrichten zuhelffen / mit hertzlichem Wunsch / daß der Allerhöchste noch mehr dergleichen fromme Nehemias erwecken wolle! aus Pfedelbach beehren

Philipp Albrecht Ortt/
Hoch-Gräffl. Hohenlohl. Geheimer Rath/ Cantzley und Consistorii Director alda.

INDEX CONCLUSIONUM.

Conclusio I.

PEccat is, qui illiteratus & indoctus, caussarum patrocinia suscipit.

Conclusio II.

Peccat Advocatus, qui ad processum provolat, antequam à Cliente caussæ merita didicit.

Conclusio III.

Peccat Advocatus, qui Clienti victoriam litis temerè promittit.

Conclusio IV.

Peccat Advocatus qui absque justâ, legitimâ ac relevente causa patrocinium litiganti denegat.

Conclusio V.

Peccat Advocatus, qui pauperibus ac miserabilibus personis patrocinium suum denegat.

Conclusio VI.

Peccat Advocatus, qui Clienti caussam omninò injustam foventi patrociniũ præstat.

Conclusio VII.

Peccat Advocatus, qui homines ad litigandum instigat.

Conclusio VIII.

Peccat Advocatus, qui Clientem, in Caussâ dubiâ ad amicabilem compositionem pronum, abstrahit.

Cul-

Conclusio IX.

Peccat Advocatus, qui in caussâ injustâ Clientem ad transactionem inducit.

Conclusio X.

Peccat Advocatus, qui omnium caussarum patrocinia aucupatur, quæ tamen ob multitudinem præstare nequit.

Conclusio XI.

Peccat Advocatus, qui juramenti Advocatorii religionem temerè violat.

Conclusio XII.

Peccat Advocatus, qui præscriptam processus judiciarii normam negligit.

Conclusio XIII.

Peccat Advocatus, qui in caussà, in quâ antehac Judex fuit, advocationis munere fungitur.

Conclusio XIV.

Peccat Advocatus, qui Clientis sui caussam obscurè confusè & ineptè proponit.

Conclusio XV.

Peccat Advocatus, qui per negligentiam Clienti suo in caussâ præjudicat.

Conclusio XVI.

Peccat Advocatus; qui pauperum, ac tenuioris sortis Clientum caussas negligentiùs quàm divitum ac potentiorum agit.

Conclusio XVII.

Con-

Conclusio XXVI.

Peccat Advocatus, quo innocentiæ Rei defensionem in se suscipiens, per inanes subtilitates captandi majoris lucri gratia, caussam protrahit.

Conclusio XXVII.

Peccat Advocatus, qui in litis progressu caussæ injustitiam deprehendens, eam non deserit.

Conclusio XXVIII.

Peccat Advocatus, qui in medio litis Clientis sui patrocinium deserit.

Conclusio XXIX.

Peccat Advocatus, qui visis Clientis sui juribus parti adversæ patrocinatur.

Conclusio XXX.

Peccat Advocatus qui superfluas dilationes petendo processum protelare studet.

Conclusio XXXI.

Peccat Advocatus qui contra sententiam latam frivolam Leuterationem vel appellationem interponit.

Conclusio XXXII.

Peccat Advocatus, qui debita liquida & confessata frivolè disputando eorum solutionem protrahit.

Conclusio XXXIII.

Peccat Advocatus, qui Acta judicialia aut literarum instrumenta delendo, radendo, mutilando, corrumpit.

Conclusio XXXIV.

Peccat Advocatus qui Clienti svadet, ne pendente lite erga adversarium suum signa Christianæ benevolentiæ exhibeat.

Conclusio XXXV.

Peccat Advocatus, qui in odium ac detrimentum rei circumstantias facti nimium exaggerat.

Conclusio XXXVI.

Peccat Advocatus qui à Cliente majus honorarium petit quàm meritus est.

Conclusio XXXVII.

Peccat Advocatus, qui cum Cliente de quotâ litis paciscitur.

Conclusio XXXVIII

Peccat Advocatus, qui pro modico pretio alienas lites redimit.

Conclusio XXXIX.

Peccat Advocatus qui sub prætextu residui honorarii Clienti Acta extradere recusat.

Conclusio XL.

Peccat Advocatus qui in diebus sacris liti persequendæ vacat.

Præfatio ad Lectorem.

ADvocationis munus in Republicâ eam ob caussam adinventum, ut is succurratur, qui suum jus tueri, & causam dicere ignorant, per se honorabile, maximè laudabile & in Republicâ perutile esse, nemo est, qui ambigat. Idem verò Advocati, sive patrocinantis officium periculosum esse, cum Tiraquello, *de retract. lignag. §.1. gloss.9. n.267.* rectè quis dixerit. Undè Magonius, *de rectâ patroc. rat. cap. ult. non procul à fine*, optimè monet, ut priusquam ad hujusmodi officium quis vel promoveatur vel adspiret, se ipsum consulat, se ipsum experiatur, ex indeque in arenam descendat, non *principaliter ad pecuniarii immoderati* interesse, & proprii inordinati commodi intuitu, sed *ad salutem animæ principale studium* adquirendum. Denique patrocinanti semper subveniat dictum illud:

Quidquid agis, prudenter agas, & respice finem.

Certò certius est, scribit Stephanus Nathen. quondam Advocatus Coloniensis. *Tract. de justit. vulner. Part.2. Tit.3. cap.5. n.15.* multos judices

dices, Advocatos, Procuratores, & Notarios justiſſimo DEI judicio damnatum iri; nam vulgò dicitur. S Ivonem Juris conſultorum patronum, *poſtquam ad cœlum pervenit, ſcalam attraxiſſe, & hactenus neminem eorum amplius eò perveniſſe*: Quod, quamvis magis *jocoſè* quàm verè dici exiſtimem, tamen vereor, ah! nimis verè vereor, patrocinia hic ſæpè felicia, ibi infelicia futura, ac nimis multos prius dictum *non jocoſum* ſed *ſerium* experturos, qui per ſubtilia vincunt utilia; qui cauſſas differunt, & partibus litigantibus damnum inferunt; qui plures faciunt expenſarum ſumptus, quàm ſuis clientulis adferunt fructus, qui veluti ranarum ſonis, & cantibus actorum molem efficiunt, & tamen nihil fructuoſum perficiunt.

Cœterùm, quamvis de officio boni & Chriſtiani Advocati multi multa ſcripſerint, non inutilem tamen operam judicavi, ſi ſæpius de hac re, cumprimis peſſimô hòc ac deploratiſſimô ſeculô, quô pietas ferè omnis exulat, juſtitia ſub Tyrannide Rationis Status ingemiſcit, & charitas Chriſtiana friget, ageretur. Cumque jamdudum mea ſtudia, conſilia, ac meditationes Eccleſiæ ac Reip. bono conſecraverim, viſum eſt, ut ſuperioribus annis de peccatis *Principum* & *Miniſtrorum* egi, ita nunc compendiosè de *Advocatorum peccatis*, quæ, pro dolor! hodiè multis in locis, non rara, agere, non aliâ intentione

ac

at fine, quàm ut pie moneam, ac per gloriam DEI, & per vulnera Jesu Christi rogem omnes illos, qui Advocati Christiani officium hactenus neglexere, ut omnia, quæ honorabile Advocationis officium dehonestant, cane pejus & angue fugere, conscientiæ, bonæ famæ, ac æternæ animæ saluti consulere velint. Nimis equidem verum est, quod scribit Pallavicino, Italus: *Quando gli huomini hanno perdita la erubescenza, la quale e l' ultimo argine della coscienza, entrando in essi ogni sorte di iniquità, non temono piu di castighi, e dispreggiano ogni ammonitione, onde lo scrivere contro de vitii, affine ch' eglino s' emendino, è fatica vana:* Speramus tamen, lectione hujus scripti, unum atque alterum permotum iri, ut in se descendere, ac vitia emendare discat. Dab. *Rudolstadii d. 17. Jul. 1677.*

Con-

I. N. J.


CONCLUSIO I.

Peccat is, qui illiteratus, & indoctus caussarum patrocinium suscipit.

SUMMARIA.

1. *Vile & illaudabile est imperitor. Rabular. forense negotium.*
2. *l.14. C.d.advoc. div.judic. loquitur de veris Advocatis.*
3. *Contrarium vero de rabulis dici potest.*
4. *Totus mundus de rabular.malitia conqueritur.*
5. *Plurimi interest non quibusvis promiscuè fieri litigantibus patrocinandi licentiam.*
6. *Salubriter provisum ut non admittantur ad causar.patrocinium nisi literati iique probati in Ordin. provinc.Saxon.*
7. *Idem cavetur in Ordin.Saxo-Gothana.*
8. *Ut aliquis in album Advocator. recipiatur quale testimonium eruditionis requiratur.*
9. *Qualis debeat esse qui advocandi munere rite praeesse vult.*
10. *Advocatus plane imperitus peccat contra Magistratum probibentem.*
11. *Loci Dd. de hoc.*
12. *Patrocinans per imperitiam caussam perdens clienti vel interesse tenetur.*

I.

1 Uàm nobile ac laudabile Advocatorum munus ad lucidationem justitiæ,

tiæ, litiumque diremptionem ſpectans ; tàm vile ac illaudabile eſt imperitorum Rabularum forenſe negotium ad ſuppreſſionem veritatis & litigiorum augmentum tendens, die recht krumb machen. De illis, veris ſc. Ad- 2
vocatis, Imperatores, *in l. 14. C. de Advoc. div. ju-*
„ *dic.* præclare ſentiunt : quòd dirimant am-
„ bigua fata cauſſarum, ſuæque defenſionis
„ viribus, in rebus, ſæpè publicis ac privatis
„ lapſa erigant, fatigata reparent, ac non mi-
„ nus provideant humano generi, quàm ſi
„ præliis atque vulneribus patriam parentes-
„ que ſalvarent, glorioſæ vocis munimine
„ confiſi, laborantium ſpem, vitam, ac poſte-
„ ros defendentes. Id verò de Rabulis fo- 3
renſibus minimè, ſed potius contrarium dici poteſt. Totus enim Mundus hodiè de per- 4
niciosâ illorum protervitate, ac malitia conqueritur. Vid. Nathen. *Tract. de juſtit. vulneratâ cap. 6. Tit. 2.*

II.

Pertinet quoque, tùm ad judiciorum au- 5
ctoritatem, tùm ad litigantium commoda, tùm ad muneris Advocantium decus, non quibusvis promiſcuè fieri litigantibus patrocinandi cauſſasque agendi licentiam. Mevius. *part. 1. deciſ. 189.* Ideò ſalutariter proviſum, ut non admittantur, niſi probati & recepti : adprobentur autem non alii, atque quorum perſpecta eſt juris ſcientia, & ad orandum cauſſas aptitudo. *l. 11. §. 1. C. de Advoc. div.*

dio. judic. l.1. & l.4. de extr. cogn. l. leges C. de LL. Ordinatio prov. Elect. de *ann. 1550.* Rubr. ungelehrte und leichtfertige Procuratores & *de ann. 155.* Von procuratoren. Ordin. Torgensis *de anno 1583.* Von Advocaten und procuratorn. *Ordin. Polit. de anno 1612.* Rubr. Von Justitien-Sachen / ubi ita cavetur: Es ist klagend anbracht daß hin und wieder in Aemptern und Städten / sich viel ungelehrte / leichtfertige Personen / So entweder gar nichts / oder doch sehr wenig studiret / ungeschickte Schreiber / Notarii, verdorbene Handwercks-Leuthe / und Vaganten / unterstünden / nicht alleine supplicationes zu verfertigen / sondern auch denen Leuthen vor Gerichte zu dienen / und gemeiniglich die Unterthanen / aus Unbericht und Zancksucht wieder ihre Erbherren und Obrigkeit / muthwillig umb ihres eigenen Nutzens willen / zu verhetzen und auffzuwigeln / auch sie in ihren Ungehorsam trotzig zuverstärcken / derowegen unterthänigst gebeten / dieselben abzuschaffen / und ihnen das Procuriren und advociren mit gebührenden Ernst zuverbiethen. Ob nun wohl solcher und dergleichen unbesonnener rabularum Fürnehmen allbereit ernstlich begegnet worden / so vermercken wir doch / daß solche gute / und nützliche Verordnung / dadurch viel Gezänck und muthwillige Rechtfertigungen verhütet werden können / bißhero / sonderlich bey den Schöffern / die offtmals dergleichen ungeschickte rabulas selber fördern / und wie zuvermuthen / wohl bißweilen de salario mit participiren / nicht in schuldige Acht genommen / dahero so ist

Unser

Unser ernster Will und Meinung / daß hinfüro ob solchen Ausschreiben unverbrüchlich gehalten werde. Wie wir denn Unsern Hauptleuten / Schösern / und Räthen in Städten / Krafft dieses befehlen / daß sie solche ungelehrte Procuratores, so ihres Studierens und profectus kein publicum testimonium fürlegen können / hinfüro gäntzlich abschaffen / und in keinem Ambt und Gerichten ihnen das procuriren verstatten / auch / da sie über Verboth dessen sich muthwillig weiter unterfangen würden / mit Gefängnis-Straffe ohne einige connivenz oder Ansehen der Personen belegen sollen. Idem cavetur in Ord. Saxo-Gothanâ *P. 2. c. 1. tit. 8.* ubi dicitur: Weil die Erfahrung bezeigt / daß offtermals gemeine Bürger / als etwan Schuster / Schneider / und andere Handwercks-Leute / (imò & Ludimagistri ac Sculteti pagani) so dieser Dinge keinen rechten Verstand haben / ihr Handwerck und Handthierung verlassen / und dargegen des Procurirens sich unterstehen / allein darumb / daß sie die Arbeit fliehen / und dahin sehen / wie sie bey faulen Tagen bleiben / und sich ohne grosse Arbeit / damit sie sonsten ihr Brod wohl zuerwerben / ernehren mögen / dadurch die Leuthe offtmals in unnothdürfftiges Gezäncke geführet / dieselbe verwirret / verlängert und verschleifft / auch unterdessen der gemeine Mann wissentlich umbgeführet und ausgesogen wird: So sollen Unsere Beambte und Räthe in den Städten darauff gute fleissige Auffachtung haben / daß solchen Leuthen nicht verstattet werde / andern umbs Geld zu reden / zu schreiben / oder

zu setzen/sondern sie sollen zu solchen Händeln allein die Leute gebrauchen/ welche ihrer Geschickligkeit und Wohlverhaltens halber gnugsam bekant und geprüfet.

III.

8 Cœterùm quod testimonium eruditionis Academicum attinet, benè monet Mevius *d.decis.n 5.* Non satis esse aliquem in Academiâ disputationem quandam edidisse, aut testimonium quoddam morum atque studiorum ex illâ apportasse, cùm ad munus eminentius, cui non nisi consummati viri pares sunt, ejusmodi testimoniales aptum non reddant, nisi accesserit experimentum studii ad illud fori officium apti. Idem *n.3.ex Rosbach.*
9 *Process.Civ.Tit.18.n.*1. *ait:* Advocatum debere esse virum gravi auctoritate & existimatione præditum, qui propterea excellentem juris cognitionem, prudentiam, eloquentiam, & rerum multarum usum in negotiis gravibus & arduis, præsertim in forensibus agendis & defendendis sufficit.

IV.

10 Nemo igitur dubitet, eum, qui jurium ac processus judicarii planè imperitus ac illiteratus, caussarum patrocinium in se suscipere audet, peccare contra Magistratum prohibentem, Sünde ists (ait Auctor, *judicii Theolog.super piâ Consultat. Spener. p. 184.*) Wenn sich
11 Leuthe advocirens annehmen/ die es nicht verstehen/oder erlernet haben/ dadurch der arme Nechste

vernachtheiliget / in Kosten / Schaden und ander Hertzeleid gestürtzet wird. Vel ut loquitur Mengering. *Scrutin. consc. cap. 20.* Wenn sich die der Juristerey / und Rechts-Sachen anmassen / so kaum den Donat und Catonichen gelernet / und nicht einen Löffel waschen können. Patrocinans 12
autem, si per imperitiam caussam perdiderit, Clienti ad interesse tenetur, cùm imperitia culpæ adnumeretur. *§. imperitia Just. de Leg. Aquil. l. sed etsi in fin. ff. d. tit. Specul. in §. fin. vers. quid si per imprudentiam. Sub tit. de Advoc.* Franc. Marc. *decis. 647.* Christinæ. *decis. Cur. Belgic. lib. 2. Tit. 12. decis. 105. n. ult.* ubi ait: quòd Advocatus, cujus est scire, quæ spectant ad ejus officium, propter imperitiam litem suam faciat.

CONCLUSIO II.

Peccat Advocatus, qui ad processum provolat, antequam à Cliente merita caussæ didicit.

SUMMARIA.

1. *Advocatus merita causæ diligenter percunctari debet.*
2. *Id negligens peccat & tenetur ad damna clientibus.*
3. *Clientum narratio facti varia.*
4. *Peccat advocatus qui sciens & credens sibi veritatem à cliente non esse propalatam, illius tamen patrocinium suscipit.*

 5. Si

5. *Si fuerit commissa falsitas circa instructionem processus malitia clientis & advocati auxilio in damnum adversarii, illa à judice sæpe non deprehenditur.*
6. *Quilibet Advocatus serio moneat clientem suum ut veritatem ipsam libere profiteatur.*
7. *Consilium de hoc Oldekopii.*
8. *Aliud de eod. Laymanni.*
9. *An Advocatus pro salvanda conscientia in dubia caussa probabiliore sententia relicta, probabilem sequi & defendere teneatur.*

I.

1 QUoniam merita caussarum partium assertione panduntur, Advocatus diligenter Clientem suum de causæ meritis interrogare, & omnia percunctari debet, ut possit animo comprehendere, ac disponere ea, quæ ad justam defensionem necessaria. Joh. Petrus Alc. *de Advoc. & Causidic. Christian. quæst. 53.*
2 Quòd si verò Advocatus id neglexerit, quod facere solent illi, qui avidè nimis multas caussas amplectuntur, *peccaret mortaliter*, & teneretur ad damna, quæ subiret cliens, ex caussa malè pertractatâ. Graff. *lib. 5. decis. aur. cap. 8. n. 8.* Videmus enim sæpè clientes non
3 narrare aliquid Advocato, quod revera sibi prodesse posset, & è contra multa inculcare, quæ nihil ad rem pertinent, nescientes quantum momenti habeat minima mutatio facti.
4 Magon. *de rect. patroc. rat. c. 7. n. 31.* ubi addit: Advocatum exponere se periculo peccandi, &

di, & culpam contrahere, quando sciens & credens sibi veritatem à Cliente non esse propalatam, illius patrocinium suscipiat, ex communi Theologorum opinione, quam deducit Navarrus *in c. si quis autem n.4. de pœnit. dist. 7.* Etsi enim Judex diligenter totam 5 caussam sit examinaturus, id tamen intelligitur, juxta allegata & probata, secus autem, si fuerit commissa falsitas, & occultata veritas circa instructionem processus malitiâ clientis, & conniventia ac Advocati auxilio in grave adversantis damnum.

II.

6 Quisque igitur Advocatus seriò moneat Clientem suum, ut rem nudam ei aperiat, nihil celet, sed ipsissimam veritatem liberè profiteatur, nihil ab eo subtrahendo aut quidquam subticendo: sic investigatâ facti & circumstantiarum ejus veritate, non tantum conscientiæ suæ consulit, sed melius etiam deliberare secum potest, an Clienti expediat, litem talem movere, an removere.

Sequatur optimum consilium Justi Ol- 7 dekopii, Advocati quondam in inferiori Saxonia haut incelebris, qui *in observatione Criminali XI. Tit.1. n.8.* ita ait: Quid cautelæ est, ut Advocatus ceu *conscientiam*, ita & caus-
„ sam servet? Abstineat ab omni iniquo jur-
„ gio nec litem desperatam suscipiat: Sic ei
„ caussa defertur aliqua, *plenam à Clientulo*
„ *suo exigat facti informationem*: sæpe namque

„ brevissimâ facti mutatione totum jus mu-
„ tatur vel potius applicatio ejus ad factum,
„ & facti ignorantia sæpè prudentissimos
„ fallit. *l.2. de jur. & fact. ignor.* sollicitè quærat
„ ejus probationes, si caussa tanti est momen-
„ ti non erubescat de ejus bonitate interro-
„ gatus dicere, *volo mecum cum peritis & libris*
„ *deliberare*, quia tempore indigemus, ut ali-
quid maturiùs agamus. Specul. *Tit. de Ad-*
8 *vo. n.6.* Nec spernendum Laymanni consi-
lium. *Theol. moral. L.1. tract.1. cap.5. §.3. de Advo-*
cato n.18. qui ait: Advocatus ante omnia
1. diligenter inspiciat caussæ sibi propositæ
æquitatem vel probabilitatem 2. post dili-
gentem caussæ considerationem sincerè a-
periat Clienti, quantam probabilitatem vel
spem victoriæ obtinendæ habeat. 3. paratus
sit, quam primum absistere, & Clienti signifi-
care, si in progressu litis caussæ iniquitatem
manifestè deprehenderit, quod si hoc ipsi
grave futurum sit ideò à principio cavere de-
bet, ne caussas dubias facile suscipiat, quibus
parva spes victoriæ subest, præsertim si judi-
ces eo loco in contrariam partem hactenus
9 judicare soliti fuerint. Cœterùm de perple-
xâ quæstione: *An Advocatus pro salvandâ con-*
scientiâ in dubiâ caussâ probabiliore sententiâ re-
lictâ probabilem sequi & defendere teneatur. vid.
Stephan. Nathen. *de justit. vulner. Lib.1. Tit.4.*
c.6. & de judice latè D. Zigler. *dicastic. concl.40.*
per tot. ubi negativam defendit.

CON-

CONCLUSIO III.

Peccat Advocatus, qui Clienti victoriam litis temerè promittit.

SUMMARIA.

1. *Dubius & anceps est litis eventus.*
2. *Multi sub justissimo clypeo pereunt.*
3. *Peccant Advocati qui victoriam caussæ alicui temere promittunt.*
4. *Rabulæ forenses clientibus suis victoriam litis spondere solent.*
5. *Hi appellantur Fumi venditores.*
6. *Quâ pœna plectendi qui certum litis eventum pollicentur.*
7. *Sæpe aliud judicis aliud partium & advocator. de caussis est judicium.*
8. *Pro captu judicis causæ sua fata habent.*
9. *Victoriam spondentes quam exhibere nequeunt Chimici vocantur, & Chimistar. præmium mendicitate sentiunt.*

I.

DUbium ac ancipitem solere esse litis eventum, ex *l. quod debetur. 15. ff. de peculio* Dd. 1
unanimiter statuunt, & experientia ipsa rei veritatem demonstat. Schrader. *de feud. part.* 2
10. sect. 1. n. 176. qui ibidem ex Cyno. in *Auth. generaliter n. 4. C. de Episc. & Cler.* refert, multos etiam sub justissimo Clypeo perire. Heig. 3
lib. 2. quæst. 9. n. 10. Temerarium ego puto ait Richardus *Dist. 4. Art. 1. quæst. 1.* victoriam caus-

 sæ

sæ cuiquam promittere, ut quidam Advocati nimium audentes faciunt, attentis tot contrariis, quibus justum judicium pervertitur.

II.

4 Peccat igitur Advocatus, qui Clientibus suis victoriam temerè promittit. Cæsar. Ursi. *in addit. ad Afflict. decis. 392. n. 21.* Vivius. *decis. 123. n. 6.* Menoch. *lib. 2. arb. jud. quæst. cas. 544. n. 1.* Arn. de Reyger. *v. Advocatus in addit. n. 6.* Rabularum forensium id proprium est, quod vel ex inscitiâ, vel lucri cupiditate illecti, miseris clientulis id persvadere nituntur. Sie vertrösten die Clienten immer auff einen guten Bescheid/ oder End-Urthel/und daß Sie die Sa-
5 che gewinnen wollen; Ejusmodi autem Advocatos, qui expeditum litis eventum consulentibus suis pollicentur. Fumi venditores appellat Menochius *d. l.* Klock. *vol. 2. cons. 51.*
6 *n. 127.* quo adducit Farinacium, de pœna agentem, quâ plectendi, qui certum litis e-
7 ventum pollicentur. Præterea judicis sæpè aliud longè quàm partium & Advocatorum de caussis Judicium est, Sordet sæpè in oculis judicum, quod fulget in crimine operantis, & vice versa. Intimius ille post discussionem, judicialem caussarum momenta inspicit, exactius ponderat, quam à principio provideri poterat. *Habent & caussæ sua fata*, multoties alia, quàm fuerunt consilia. Mevius *part. 3. decis. 280. n. 6.* In summa pro captu

ptu judicis fata sua caussæ habent, ut mirum non sit, hunc quidem à judice ceu propitio quodam Jove extolli, illum verò in ima tartara detrudi. addit. ad Reyger. *Thes. Pract. voc. Advocatus n. 6.* addatur Oldekop. *Observ. criminali Tit. 1. observ. 11.* Andr. Knich. *de Saxon. non prov. jure c. 3. n. 64.* ubi Advocatos, qui Clientulis spondent victoriam, quam nunquam exhibere possunt *Chimicos* vocat, qui bestialis Advocati nomen merentur. Vivius *decis. 123. n. 5.* undè vanâ spe, quam *de lapide victorioso* conceperunt, opes conterunt, donec tristissimum litis eventum experiantur, & chimistarum præmium, mendicitate sentiant. Knich. *dict. loc.*

CONCLUSIO IV.

Peccat Advocatus, qui absque justâ, legitima, & relevante excusationis causa patrocinium suam Clieuti oenegat.

SUMMARIA.

1. *Advocati inviti etiam ad patrocinium præstandum compelli possunt,*
2. *Quia eorum officium quodammodo publicum est.*
3. *Officia publica etiam invitis imponi possunt.*
4. *Advocatorum munus est partibus litigantibus inservire.*
5. *Quilibet compelli potest ad id quod est sui muneris.*

6. *Quibus mediis compellantur Advocati ad patrocinium parti præstandum.*

7. *Peccat Advocatus qui rogatus vel jussus absque justa caussa pro honorario patrocinium clienti denegat.*

8. *Et negligit monitum Christi. Omnia quæcunque vultis &c.*

I.

1 ADvocati etiam inviti à Judice ad patrocinium parti præstandum compelli possunt. Decius *in l. invitus 156. de Reg. Jur.* Mynſ. *Cent.4. obſ.32.* Gail. *lib.1. Obſerv.43.* Ant. Faber. *in Cod. lib.3. Tit.4. def.1. vol.1.* propterea quòd
2 officium eorum quodammodo publicum ſit. *l. Advocati 14. C. de Advoc. div. jud.* Ayrer. *proceſſ.*
3 *jur. cap.1. obſerv.8. n.9. & ſeq.* Hinc officia utilitate & auctoritate publicâ, etiam invitis imponi poſſunt. Cagnol. *in d.l. invitus n.2. de R.I.*
4 & quod Advocatorum munus, officium, ac profeſſio ſit, partibus litigantibus inſervire.
5 Speckhan. *Cent.2. quæſt. ult.* Quilibet autem ad faciendum & præſtandum cogi & compelli poteſt, quod eſt artis ſuæ, muneris, profeſſionis & officii. Dec. & Cagnol. *d.l.* Coler. *de Proceſſ. execut. part.1. c.2. n.121.* Mevius. *part.1. deciſ.155. n.9.* Freher. *de exiſtimat. c.3. n.1.* Cogun-
6 tur autem à judice ſub privatione officii, à foro motione, & Advocationis interdictione, Mynſ. *d.l.* Gail. *d. obſ. n.11. & ſeq.*

II.

7 Peccat ergò Advocatus, qui rogatus, vel à ju-

à judice jussus, absque justâ, legitimâ, ac prægnante excusationis causâ, pro condigno honorario, patrocinium suum Clienti denegat, ac irrelevantia subterfugia quærit. Peccat enim non tantùm contrà professionis suæ obligationem, sed & dilectionis Christianæ legem, magisque seipsum, quam DEUM ac proximum diligere ostendit. Prætereà illud 8
Salvatoris, omni Christiano maximè tenendum monitum, planè negligit: *Omnia quæcunque vultis, ut faciant vobis homines, eadem & vos facite illis.* Matth 7. v.12.

CONCLUSIO V.

Peccat Advocatus, qui pauperibus ac miserabilibus personis patrocinium suum denegat.

SUMMARIA.

1. *Advocati qui pauperum ac miserabilium personarum patrocinium gratis suscipere recusant, peccant gravissime.*
2. *in Deum & proximum.*
3. *in Deum.*
4. *in proximum.*
5. *Advocatus in conscientia sua obstrictus est pauperi gratis patrocinium suum præstare.*
6. *Hoc recusans mortaliter peccat.*
7. *Monitum de hoc Petr. de Gerard.*
8. *Aliud de eodem Mengeringii.*
9. *Qui pauperibus gratis patrocinium præstare recusat*

cusat ab Advocationis officio suspendi potest.

10. *Sicuti praeceptores & Medici pueris ac aegrotis pauperibus, ita nec Advocati paupertate pressis clientibus auxilium denegare debent.*

11. *Advocati pauperibus in causis ipsorum justis gratuitum patrocinium tanquam piam eleemosynam praestantes opus faciunt Deo ac hominibus gratissimum &c.*

12. *Laudabiliter in Republ. Christiana certi constituuntur pauperum Advocati qui certo sibi salario ex publicis reditibus constituto pauperibus gratis patrocinantur.*

I.

1 REperiuntur Advocati, qui non verentur pauperes ac miserabiles personas, consilium vel patrocinium petentes, rejicere, ac ne quidem supplices litteras pro eis gratis scribere, propterea quòd non habeant, unde
2 operam compensent. Sciant autem tales Advocati, eos gravissimè peccare in Deum, &
3 proximum; *in Deum* peccant, qui in verbo suo viduas, orphanos, pauperes ac miserabiles personas nobis omnibus maximè commendavit, ut eos consilio & auxilio pro viri-
4 li juvemus. *In proximum* peccant, legem
5 charitatis Christianae violantes. Omninò enim Advocatus in conscientiâ suâ obstrictus est, pauperi gratis patrocinium suum
6 praestare. Qui recusat in causâ pauperis patrocinium suscipere, eum mortaliter peccare, sicut & in aliis misericordiae operibus,

ait

ait Thomas *2.2. q.7. art.1.* Joh.Bapt.Mager. *de recta patroc.tat. c. 10. n. 13.* Alber. de Rosat. *in l. necquicquam §. fin. de offic. procons.* Bennicas. *de privil.pauper. in 1.spec. n.9.* Christianæ. *decis.Cur. Belgic.vol.2. tit.11. def.102. n.4.* Reyger. *thes.pract. n.1. v. Advocatus. n.1.* Jacob.Ayrer. *de Processf.jur. c.1. obs.7. n.3.* Et Petr. de Gerard. *singul.73. n.4.* Patrocinantem admonet, ne quid pauperta- 7
tis caussâ, pro patrocinio capiat, sub conscientiæ pœnâ, ex doctrina Alberti *in l.1.C.de suffragiis. & in l.ne quicquam ff.de offic.Procons.* Ad-
de Mengering. *scrutin. consc. c.9. q.103.* ubi ait: 8
Es fragen sich Advocaten/ ob sie armen/ einfältigen Leuten/ und niedrigen Stands-Persohnen/ Rath/ Recht/ Hülffe und Advocatur versagt/ ihnen supplicationes und Klag-Libell zu stellen/ verweigert/ und abgeschlagen/ und ihnen nicht/ wie es wohl seyn sollen/ und sie hätten thun können/ hülffige Hand und Beystand in ihren Anliegen geleistet? So sind manniche/ wenn sie sehen/ daß es wenig profit und advocatengebühren gibt/ so lassen sie arme Leute in Klage stecken/ sie sind der Ehren nicht/ daß sie eine Feder umb solcher Leute willen netzen und ansetzen solten. Aber das laufft wider die Liebe des Nechsten/ wie leicht und icht genug ist/ solches zu erkennen. Immò, qui pauperibus in 9
opiâ laborantibus gratis patrocinium præstare recusat, ab ejusdem Advocationis officio suspendi potest, teste Menochio *de arbitr. jud. cas.369. n.3. & 4.* Quemadmodum Præce- 10
ptores Christiani pauperculis pueris gratuitam

tam inſtitutionem,& Medici Chriſtiani pauperibus ægrotis, conſilium & medicamenta, ſalvâ dilectionis lege,denegare non poſſunt, ita nec Advocati Chriſtiani patrocinii bene-
11 ficium paupertate presſis Clientibus. Et ſane gaudere ac gratulari ſibi deberent Advocati, quando occaſionem nanciſcuntur,pauperibus, viduis, orphanis ac miſerabilibus perſonis ſerviendi, eisque in cauſſis ipſorum juſtis, gratuitum patrocinium, tanquam piam Eleemoſinam præſtandi, ſcientes id Deo ac hominibus gratiſſimum eſſe, ad conſcientiæ hilaritatem ac bonæ famæ conſervationem plurimum faciens. Taceo largiſſimam in alterâ vitâ operum charitatis re-
12 munerationem. Laudabile autem eſt in Republ. Chriſtianâ certos conſtitui pauperum Advocatos,qui certo ſibi ſalario ex publicis reditibus conſtituto, pauperibus gratis patrocinantur.Parthen.litig.*lib.2.c.9.n.75.* Coler. *de Proc.execut. p.1. c.7. n.121. vid.* Carpz. *de Proc. Sax. tit.12. art.5. n.52.* Ita in Camerâ Imperiali, & in Electoratu, ac Ducatu Saxon. ſervatur. Vid.etiam Ordin. Elect.Sax.Appell. tit.4. Eyd des Advocaten der Armen. Gail.*1. obſerv.43. n.10. & ſeqq.* Berlich. *P.1. concl.7. n.71. & ſeqq.*

CONCLUSIO VI.

Peccat Advocatus,qui Clienti cauſſam omnino injuſtam foventi, patrocinium præſtat.

SUM-

SUMMARIA.

1. *Advocati debent esse justitiæ ministri imo Sacerdotes.*
2. *Advocatus clienti suo injustam caussam foventi patrocinium præstans non solum proximum & Rempubl. sed semet ipsum lædit iram que divinam in se provocat.*
3. *Advocati sint boni Christiani, boni Viri & boni Cives, ex Mengeringio.*
4. *Multi Advocati saltem multos optant Clientes sine delectu bona sit eorum caussa an mala.*
5. *Rabularum proverbium :* Es sey keine Kunst eine gute Sache zu erhalten/sondern eine böse zu gewinnen.
6. *Aliud est jurisprudentia, aliud ars Rabularia.*
7. *Advocati injustarum caussarum patrocinium suscipientes in extremo judicio Deo vix rationem reddent.*
8. *Advocatus injustam caussam scienter defendens mortaliter peccat & ad restitutionem tenetur.*
9. *Mali Advocati nisi restituant injustè percepta vel damna quæ causarunt regnum cœlorum vix ingredientur.*
10. *Opus Advocatorum per injustarum caussarum patrocinia corrasæ aquilinas habent pennas.*
11. *Multa recentia in medio sunt exempla qui ejusmodi bona Advocatorum non ad primum nedum ad secundum heredem pervenerint.*

I.

ADvocati debent esse justitiæ ministri, imò Sacerdotes, teste Ulpiano *in l. 4. de Jur.*

Jur. & Just. Justitiam colentes, æquum ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernentes. Christinæ. *decis. Cur. Belg. vol. 2. de-*
2 *cis. 99. n. 14. & 15.* Ubi ait: Advocati proprium est unicuique, quod suum est tribuere, & advigilare, ne infida advocatione proximum damno afficiat, & propriam conscientiam offendat: si enim clienti suo injustam causam foventi patrocinium præstet, & adversarium jus suum persequentem, dolosis subterfugiis & frustratoriis dilationibus impediat, aut remoretur, non solùm proximum & Rempublicam, sed semetipsum lædit, iramque divi-
3 nam in se provocat, teste Isaiâ *c. 10.* Benè Mengering. in *Horologiâ c 3. §. 12.* scribit: Juristen und Advocaten sollen und müssen seyn boni Christiani gute Christen/ und gewissenhaffte Kinder Gottes/ die ihren Tauffbund/und Eyd alle wege in acht zu nehmen haben / darümb sie bey ihren advociren und procuriren nichts wider Gottes Wort und Rechte/ Gewissen und Warheit dencken/ oder reden/ vornehmen oder verüben/ suchen oder practiciren/ thun oder lassen sollen. Sie sollen auch seyn vors andere *boni viri*, redliche und Erbahre Biederleute / die nichts wider die Warheit / alles aber für die Warheit und Gerechtigkeit thun / und reden sollen. Wie denn auch vors dritte sie seyn sollen *boni Cives*, rechtschaffene auffrichtige Bürger und Gliedmassen eines Policey- oder Stadt-Regiments. Darumb sie auff Wohlstand/ Erhalten und Wohlfarth des gantzen Landes,

auff

auff eines iedwedes Mitgliedes Lasten und Rechten/ Stad-Recht/ Gesetz/ Billigkeit/ Herkommen und Gewohnheit bedacht und geflissen seyn sollen/ damit kein Unrecht/ Verrückung und præjuditz der heilsamen Gerechtigkeit veranlasset/ verübet/ und getrieben werde. Darzu seynd sie so eben gewiesen und verbunden/ als hetten sie es leiblich beschworen.

II.

Reperiuntur autem non pauci, qui juxta illud Plautinum relatum à Gailio *l. 1. de P. P. c.21.n.21.* Clientes sibi volunt esse multos, boni aut mali sint, haut quæritant, res quæritur, magis quàm clientulorum fides. Ita, ut Italus ait, *L'interesse vince ogni cosa.* Jactant illi: 5 Es sey keine Kunst eine gute Sache zu erhalten/ sondern eine böse zu gewinnen. Auctor *discurs.* von Justitien Wercken/ *pag. 88.* Verùm, aliud est 6 Jurisprudentia, aliud ars rabularia, aliud artificium, aliud maleficium. Sed videant Ad- 7 vocati, qui injustarum causarum patrocinium suscipiunt, quomodo in tremendo illo judicio, coram Deo, Angelis & Electis, rationem reddere possint. *Væ, Væ,* (ait Dominus, apud Esaiam c. 5. v. 20.) *qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.* Sanè Advocatum, inju- 8 stam causam scienter defendentem, mortaliter peccare, & ad restitutionem tenere, ait Soto *de Just. & Jur. l. 1. q. 29.* quem refert Steph.

Nathen. *de Just. vulner. part. 2. tit. 3. c. 5. n. 7.* Anthon. Maria Corat. *commun. opin. lib. 1. tit. 6. n. 39. lib. 3. tit. 2. inspect. 2. n. 6. & seqq.* Arnold. de Reyger *thes. pract. verb. Advocatus, n. 36.*

III.

9 Quomodo mali Advocati & Procuratores, non prævia restitutione injustè perceptorum, vel etiam eorum, quæ illi damni caussârunt, de regno cœlorum sibi obventuro, benè sperare poterunt? Nathen. *de just.*
10 *vulner. part. 2. tit. 3. c. 5. n. 14.* Sciant tales Advocati qui per injustarum causarum patrocinia magnas opes & pecunias corasêre, quod
11 *aquilinas pennas* collegerint. Multa recentia Advocatorum exempla adduci possent, quorum per fas & nefas adquisita bona non ad primum, nedum ad tertium heredem pervenêre, sed quorum liberi, ac nepotes in mendicitate miserè perierunt; scilicet habet Deus ἔκδικον ὄμμα, quod semper vigilat, quod tarditatem supplicii gravitate compensat.

CONCLUSIO VII.

Peccat Advocatus, qui homines ad litigandum instigat.

SUMMARIA.

1. *Lucri cupidi Rabulæ non raro homines à litibus abhorrentes ad litigandum incitant.*
2. *Gaudent lites serere ubi nullæ sunt.*
3. *Rusticos instigant ut litem moveant Dominis*

4. *Caus-*

4. Caussarum patroni lites sæpe quærunt solius lucri caussa & ne fame ipsis sit pereundum.

5. Væ illis qui homines concitant.

6. Deus est Deus pacis, odit quicquid discordias parit.

7. In Ordin. Proc. Elect. Saxon. severe prohibetur ne Advocati proprii lucri gratia homines ad litigandum instigent.

8. Rabulæ severissimè coërcendi, immò è civitate ejiciendi.

9. Per lites dissolvitur concordiæ vinculum.

10. Locus ex Platone de ll. dial. 5. & 6. Ex Paullo 1. Cor. 5.

11. Litium multitudo & prolixitas est veluti gangræna exitialis.

12. Boni Advocati intentio quænam sit.

13. Advocatorum titulum non merentur, qui conscientias hominum pervertunt, & Judiciorum sanctitatem in technas & perjuria commutant.

I.

A Christiana charitate alienissimum, immò 1
prorsus Diabolicum vitium est, homines,
à litibus abhorrentes, ad litigandum incitare:
quod non rarò à lucri cupidis Rabulis fieri,
experientia docet. Gaudent lites serere, 2
ubi nullæ lites sunt, nihilque magis expetunt,
quam ut homines sese litibus vexent; cum- 3
primis illi adamantina vi *Rusticos* ad sese pertrahunt,
illisque nihil prius, quam ut litem
moveant Dominis, modo non destituantur,

 etiam

etiam fucato argumento. Knichen. *de vestit. pact. part. 2. c. 3. n. 67.* Adversus causarum Patronos, ait Carpzov. *Jurisp. Eccles. lib. 3. def. 17.*
4 *n. 3.* haut raro querelæ moventur, quippe lites sæpè quærunt ac fovent solius lucri causa, & ne fame ipsis sit pereundum, semina litium ubique spargunt, movent, urgent, detor-
5 quendis legibus. Sed væ illis, qui homines invicem ut canes concitant, die die Leute an
6 einander hetzen. Deus summè odit, quicquid lites ac discordias parit. Pacis enim Deus est, & nos Christianos ad pacem vocavit. Qui osor pacis & concordiæ, is osor Dei, ho-
7 minum perpetuæque salutis. Severè id prohibetur in *Ordin. Proc. Elect. Saxon. tit.* von Advocaten *vers.* Es sollen die Advocaten umb eigenen Gewinstes und Nutzens willen / zu unnöthigen Zanck und Rechtfertigungen nicht rathen / die Unterthanen wider ihre Obrigkeit nicht verhetzen
8 noch in ungebührlichen Sachen verstärcken. Pessimum sanè ac in Republicâ Christianâ perniciosissimum genus hominum severissimè coercendum, & è civitate ejiciendum esse omnes, justitiæ, pacis & concordiæ civium
9 amantes unanimiter sentiunt. Per lites enim dissolvitur concordiæ vinculum, quo una salus Reipubl. continetur, ut jam olim dixerit Plato *de legib. dial. 5.* quod ubi lites multæ & multæ injuriæ sunt, cives inter se non sint
10 amici. *Si inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis*

ait Apostolus. 1. *Cor.* 3. Litium multitudo & 11
prolixitas est veluti, gangrœna exitialis, & fomentum intestinæ seditionis & dissensionis, quibus benè constitutæ Respublicæ labefactantur, interdum etiam corruunt penitus. Andr. Knichen. *de Saxon. non prov. jure. c.* 3. *n.* 54. Boni sanè Advocati intentio ac pro- 12
positum semper eò directum est, ut lites dirimantur, *amicitia inter homines conservetur*, litigatoris succurratur, qui suum tueri, & causam dicere ignorant. Menoch. *de arb. jud. quæst. lib.* 2. *cas.* 369. Suo igitur genio relinquantur, 13
& ad infernum relegentur, qui Advocatorum nomine ac titulo conscientias hominum pervertunt, & judiciorum sanctitatem in cautelas, techinas, & perjuria commutant. Carpz. *Jurisp. Consist. lib.* 2. *def.* 265. *n.* 5.

CONCLUSIO VIII.

Peccat Advocatus, qui Clientem in causa dubiâ ad amicabilem compositionem pronum, abstrahit.

SUMMARIA.

1. *Litis eventus est dubius & difficile est sententiæ executionem obtinere.*
2. *Advocatus promtus sit ad partes componendas.*
3. Ein magerer Vertrag ist besser denn ein fett Urtheil.
4. *Si quis velit tunicam tuam tollere & in judicio tecum contendere, dimitte ei & pallium.*

5. *Voracissimarum & odiosarum litium mille sunt incommoda & molestiæ.*
6. *Advocati non plus proprio commodo quàm clientis utilitati invigilent.*
7. *Rabulæ litibus tanquam quatuor elementis nutriuntur & conservantur, litigantium vero crumenæ corrumpuntur.*
8. *Studium amicabiliter partes componendi Advocatis injungit Ord. El. Ел.Saxon.*
9. *Qui hoc faciunt Deo grati sunt & hominibus.*
10. *Omittentes vero graviter peccant.*

I.

1 CUm litis eventus sit dubius *l. quod debetur is ff. de pecul.* ac difficile sit, sententiam obtinere, difficilius executionem, præsertim contra potentiorem, in qua tamen omnis stat victoriæ nervus. Knichen *de Saxon. non prov. jur. c.3. n.72.* & laudem mereatur is, qui lites execratur, semper Advocatus prom-
2 ptum se præbere debet ad partes componendas. Dec. *in cap. ut debitus. notab. 2. de appellat.*
3 Inculcet collitigantibus vulgatum illud: *utilius esse macre concordium, quávis pingui sententiâ.* Ein magerer Vertrag sey besser denn ein fett Urtheil. Commendet eis illud Evange-
4 licum: *si quis voluerit tunicam tuam tollere & in judicio tecum contendere, dimitte ei & pallium.*
5 Proponat voracissimarum & odiosarum litium mille incommoda & molestias, & quod longè melius sit, omnia amicè & moderatè potius, quam longis ac sumptuosis proces-
sus

ſis ambagibus tranſigi. Magon. *de ration. pa-troc. rect. c.20. n. 7.* ubi ex Dammhoud. *prax. rerum Civ. c.199* ait: poſtponant patrocinan- 6
tes lucri aviditatem, omniaque circa clientis utilitatem præmeditentur, ne plus ſibi quàm aliis, quorum cauſſas ſuſceperunt defendendas, invigilare videantur, nihil habentes penſi, quid aliis eveniat, dummodò marſupium infarciant. Nimirum omnis horum Advo- 7
catorum (modò nomine hoc nobili ſint appellandi) cura, omne exercitium, omnis conatus, omnis cogitatio circa lites & jurgia conſiſtit, qui litibus, tanquam quatuor elementis, conſervantur & nutriuntur, ut loquitur Zaſius, *in l. 2. §. poſt hæc ff. de origin. jur.* Effectum ſi ſcire cupias burſam quæras Clientum, quam tibi vacuam promitto. Nec enim alio fine cauſidici, vel rabulæ jura litigantium prolixè verbisque copioſis extendunt, quam ut lucrum corradant, clientibus perſvadentes, tot verba tantum laborem, tantamque moleſtiam negotium requirere, interim execrabilem illam vocem ſubindè eructantes *hoc eſt de pane lucrando.* Parthen. litigioſ. *lib. 1. c. n.4.* Quo fit ut Advocatorum marſupia creſcant, litigantium corrumpantur, quia corruptio unius eſt generatio alterius. Autor. diſcurſ. Von *Juſtitien* Werck *pag. 94.* adde Carpzov. *part. 1. Conſt. 1. def. 19. n. 1.*

II.

Ceterum ſtudium amicabiliter partes 8
 com-

componendi Advocatis injungit *Ord. Elect. Saxon. tit.* Von Advocaten und Procuratoren §. Und da sie gleich ibi. sollen für allen Dingen versuchen und möglichen Fleiß anwenden / ob der Sachen in der Güthe / durch leidliche und billige Mittel abzuhelffen / nicht aber wie zu geschehen pfleget / **umb ihres eigenen Nutzens und Vortheils willen / die Leute in einander hetzen** / noch von söhnlicher Vergleichung abhalten. Et *Ordin. Process. tit.3.* ibi : Es sollen die Advocaten billige Vergleichung viel mehr befördern /
9 als hindern. Magnâ sane laude digni Advocati, qui amicabiliter componendis litibus serio student, Deo & hominibus grati sunt, bonam famam merentur, ac benedictione divinâ nunquam carebunt.

III.

10 Quisquis autem Advocatus justam ac amicabilem compositionem disſvadet, ac impedit, is graviter peccat Mengering. *Scrut. conscien. c.9. q.57.* ubi ita scribit: Christus saget / seelig sind die Friedfertigen / denn sie werden Gottes Kinder heissen. Im Griechischen stehet / **Seelig sind die Friedmacher** / (*εἰρηνοποιοί*) das ist / so Lust zum Frieden haben / rathen / und helffen gerne zum Frieden / vertragen und versöhnen gerne die / welche mit einander uneinig seyn. So nun die seelig seyn / und Gottes Kinder / so müssen dargegen die so andere Leute in einander hetzen / und uneins machen / nicht Gottes sondern des Teuffels Kinder / und unseelige sündige Menschen seyn Et *cap.12. quaest.*

quæst. 18. porro scribit: Juristen fragen sich/ ... sie keine güthliche Handlung unter Partheyen angelassen und gerathen / sondern sie nur frisch und frey ins weite Lerchenfeld gehezet / und huy huy gesagt/ daß es nur weitlich angegangen? Wann der „ profit und andere Zugänge thäten / so würde „ mancher practicant einem albern Bäuerlein ra- „ then / er solte seine Sachen fein recht und schlecht „ seiner lieben Obrigkeit zu entscheiden anheim stel- „ len / thäte nu das der andere auch / so würde leicht „ die Sache vertragen und die Gerechtigkeit erhalten. Videatur Idem, *cap.20.pag.1010.*

CONCLUSIO IX.

Peccat Advocatus, qui in caussâ injustâ Clientem ad transactionem inducit.

SUMMARIA.

1. *Advocatus peccat qui sciens clientem suum injustam fovere caussam eum cum adversarii damno ad transigendum inducit.*
2. *Huc faciunt verba Alam. Cremonens. tract. de Advoc. & Causidic. Christian. quæst. 26.*
3. *Quidam causidici obstinati caussas injustas ab aliis dimissas usque ad executionem rei judicatæ sustinent ut adversarium ad transactionem reducant.*
4. *Si quis injustam fovet caussam, & nulla subsit dubitatio nihil debet accipere ab adversario,*

si vero sit dubium, aliquid conferat secundum qualitatem dubii.

5. *In caussis dubiis solùm transactio ab Advocatis suadenda.*

6. *Qui contrafaciunt & stratagemata forensia exercent æterna morte peribunt.*

7. *Si quidem qui in caussis injustis in gratiam clientum vel ob proprium commodum transactionem urgent, conscientiam lædunt.*

I.

1 Inter alia Advocatorum pericula primum illud est, quando Advocatus scit, Clientem suum fovere malam causam, & tamen, cum adversarii damno, eum ad transigendum inducit, sicque consulit, ut alienum capiat. Caccia lupus, *tract. de transaction. quæst. 20.* Speculat. *rubr. de præparat. jud. n. 8.* Magon. *de rect. patroc. ration. c. 20. n. 17.* D. Struv. *ad π. tit. de*
2 *transact. th. 5. in fin.* Non possum non Al. Cremens. *tract. de Advoc. & causid. Christian. quæst. 26.* verba huc facientia adducere. Quia
3 (*inquit*) in negotiis forensibus quandoque observavi nonnullos causidicos obstinatos, qui mordicùs sustinent caussas injustas, usq; ad executionem rei judicatæ, quarum tutelam Advocati propterea dimiserunt, idque faciunt, ut inducant adversantem ad aliquam transactionem, *illis denuntio culpam mortalem, quæ condemnat eos, ad perpetuos cruciatus inferni:* clara enim est doctrina D. Thomæ, *quòd in causa, quæ cognoscitur injusta, non possint Advocati pro-*

procurare concordiam, dolo & fraude, & cum damno adversantis. Quæ verba postea explicantur a Michaele Solonio. *Controv. 2. conclus. ult.* qui ita scribit. Advocatus debet admonere clientem suum, ut caussam injustam deserat, vel componat se cum alterâ parte, sine damno adversarii, sine ullâ fraude & dolo, hoc est, aperiendo illi jus suum, ut compositio sit amicabilis, libera, & voluntaria, *ita ut si nulla subsit dubitatio,* nihil accipiat, nisi quod omnino gratis ac libere voluerit alter conferre; si vero aliqua subsit dubitatio, aliquid conferat secundum qualitatem dubii, arbitrio prudentis, quod etiam sensit Albericus *in l. un. n. 7. C. de Suffrag.* Socin. *in l. quidem n.* 11. *de* R.C.P. Arragon. *qui ait:* Si Advocati sunt certi de injustitia, non possunt tractare concordiam, sed tenentur inducere Clientem ad cedendum, ut altera pars recipiat totum, quod suum est, sed si *res est dubia,* poterunt consulere compositionem, pro qualitate dubii. Cuccialup. *de Advoc. quæst. 4.* Ad quæ aurea verba tanquam ad lapidem Lydium conferantur quæso, *omnia stratagemata forensia, quæ Diabolus docuit, & ab ejus alumnis exercentur,* una est namque una via, quâ itur ad cœlum, cætera vero omnes ducunt ad æternam mortem. Hactenus Ala. Caveant ergo summopere Advocati, ne vel in gratiam Clientum vel ob proprium commodum in causis injustis transactionem suadentes vel extorquen-

tes

tes conscientiam lædant, ac postea sero nimis pœnitendo injustas actiones suas deplorent.

CONCLUSIO X.

Peccat Advocatus, qui omnium caussarum patrocinium aucupatur, quod tamen ob multitudiuem præstare nequit.

SUMMARIA.

1. *Quidam Advocati multas caussas suscipiunt, quarum patrocinium sufficienter præstare non possunt.*
2. *Hi peccant.*
3. *Locus Alæ Cremonens. de hoc.*
4. *Advocati regulariter incumbere debent caussis prius sibi demandatis, ne tamen caussæ novæ interim in periculo versentur.*
5. *Advocatus qui plurium caussarum patrocinium suscipit quàm expedire potest graviſſime peccat & obligatus est ad restitutionem damnorũ.*
6. *Expedit paucas caussas benè agere quàm multas malè defendere.*
7. *Advocati non recipientes plures caussas quàm bene agere possunt præcavent multa peccata.*

1 NOnnulli Advocatorum avaritiâ vel ambitione illecti, omnes promiscuè caussas suscipiunt, quarum tamen patrocinium, ob nimiam multitudinem præstare minimè possunt. Reperiuntur qui centum ac pluribus caus-

caussarum patrociniis sese onerant. Hi sane 2
peccant, quippe, qui mole negotiorum impediti, debitam in omnibus diligentiam adhibere nequeunt, multasque caussas producere coguntur (conf. Tr. nostr. *de peccat. Ministr. Princip.* Audiemus hâc de re Alam. Cre- 3
monensem. *Tr. de Advocat. & caussidic. Christian. quæst. 31.* Advocati (*inquit*) & caussidici, qui proposuerunt amplecti omnes caussas, etiam justas, quæ sibi deferuntur, aut deferri possunt, versantur in maximo periculô peccandi mortaliter, quia *non licet eis tutâ conscientiâ recipere, nisi illas, quibus benè ac diligenter vacare possunt.* Speculator *de Advocat. Tit. de offic. utriusque Advocat. n. 14.* Carbon. *Tract. de restit. q. 51.* 4
& debet regulariter incumbere in caussas *prius sibi demandatas*, modò tamen *caussis novis* non esset mora, periculum allatura, & caussæ primæ non versarentur in tanto discrimine. Ita ad literam docet Michael Salon. *quæst. 71. art. 2. contr. 3.* & subjungit talem Advocatum non esse absolvendum. Hoc idem admonet 5
Lancell. Posit. *Tract. de offic. Advoc. tit. quale debeat esse officium:* si enim acciperent omnes caussas, necesse est, ut incidant in alterutrum ex duobus peccatis, & utrumque gravissimum, si voluerint muneri suo satisfacere & debitam diligentiam in omnibus adhibere, coguntur differre ac producere caussas longissime, ex quâ dilatione tot ac tanta incommoda consequuntur omnibus nota. Si

verò

possint: hæc namque est unica ratio præcavendi sexcenta peccata, quæ ex magno numero negotiorum forensium, & aliis occupationibus, quibus ambitiosè possunt detineri, indies consequuntur. Add. Nicolai. *de Process.* c.6. *n* 7. Rosbach. *de Process. Tit.18. n.21.* Berlich. *P.1. concl.9. n.36.*

CONCLUSIO XI.

Peccat Advocatus, qui juramenti Advocatorii religionem temerè violat

SUMMARIA.

1. *In quibusdam judiciis Advocati non nisi præstito juramento recipiuntur.*
2. *Ut in supremo judicio Spirensi & aliis.*
3. *Advocati juramenti religione ab abusibus deterrentur & ad majorem patrocinii fidem adstringuntur.*
4. *Advocatus licet juramentum non præstiterit tamen ejus contenta servare tenetur.*
5. *Quod confirmant verba Mengeringii.*
6. *Summa juramenti Advocatorii.*
7. *Formula juramenti ex Ordin. Camerali de anno 1495.*
8. *Versiculi de juramento Advocatorio.*
9. *Ad hoc juramentum velut ad lapidem lydium quotidie actiones suas examinet Advocatus.*
10. *Væ illi qui negligit.*

I.In

I.

IN quibusdam judiciis optimè receptum
1 est, ut nemo ad Advocaturam admittatur,
nisi præstito juramento, quod dicitur der
2 Advocaten Eyd. Ita in supremo Judicio Im-
perii Spirensi obtinet. *Vid. Ordin. Camer. de
anno 1495. Ordin. Curiæ provinc. Mechlenb. eod.
tit.* Fürstliche Sächsische Gothanische Ausschrei-
ben / wie es mit Vereydung der Advocaten zu
3 halten. *de anno 1657.* Et sanè optandum esset,
in nullis judiciis, licet inferioribus, Advoca-
tos absque juramento tali admitti, ejus nam-
que religione ab abusibus advocationis de-
terrerentur, & ad majorem patrocinii fidem
adstringerentur; Vid. Bocer. *tom. 2. disp. de ju-
4 rej.* Quamvis autem Advocatus juramen-
tum nullum præstiterit, nihilominus tamen
ea servare tenetur, quæ talis juramenti for-
mula continere solet, quippe quæ in se pia
5 justa, non arbitraria. Ita etiam sentit D. Men-
gering. *in Horologiâ cap. 3. §. 12. ubi ait:* Man
kan wohl zu manchen Juristen und Advocaten
sagen: Lieber Herr N. habt ihr schon zu eurer Ad-
vocatur an diesem oder jenem Orte keinen Cör-
perlichen Eyd geschworen / ey so solt ihr doch nur
als ein redlicher Mann und Gewissenhaffter Christ
euch darbey erweisen und verhalten / und nicht als
ein frecher und unverschämbter Zungendrescher be-
zeugen / und alles quid pro quo, was euch ins
Maul kömt / oder in Bart kreucht / bejahen / oder
defendiren bestreiten und verfechten / und ins Ge-

laß hinein reden und plaudern/das ihr selbst in eurem Gewissen straffen und unrecht sprechen müsset.

II.

Summa autem juramenti Advocatorii hæc est: Daß die Advocaten sich insgemein also bezeigen sollen/ daß sie es gegen Gott/ der hohen Obrigkeit/und im Stande des Rechtens zu verantworten/ auch männiglich zu verspüren haben möge/ wie ihre Verrichtungen/ actiones und Fürnehmen mehr zu Beförderung der Justitz/ Schutz und defension der Betrangten/als Mehrung und Erhöhung ihres Vermögens gemeynet sey. Churfl. Sächsische Erledigung, *de anno* 1653. & 1657, *Tit.* Justitz-Sachen, *rubr.* von Advocaten und procuratorn. In gratiam Advocatorum placet formulam juramenti ex Ordinatione Camerali, *de anno* 1495, heîc subjicere, quæ hujus est tenoris: 7

Advocati, qui ad Imperialis Cameræ judicii patrocinium causarum, & munus Advocationis assumendi sunt, sacræ Majestati nostræ, vel in nostri loco Domino judicii Cameræ,promittent, & ad Sanctos jurabunt, quod clientulis Partibus suis in Causis, quas defendendas suscipient, cum integra sinceraque fide, consiliis & actionibus suis, meliore, qua valuerint, intelligentia, virilique parte pro ipsis fuerit quam diligentissimè agere & jurare velint, atque in hujusmodi causis penitus nullam calumniam falsitatis seu iniquitatis, illicitasque dilationes scien-

ter protelendarum Cauſarum gratia uſurpare aut petere velint, neque partes quod id faciant, aliquo modo non inſtruere velint, cum Partibus de quota ſeu parte Litis, cujus tunc patrocinium agunt, minimè paciſcantur, ſecreta cauſarumque ſubſidia ſeù fundamenta inſtructionis quæ à partibus ipſis accepta, vel aliundè perſcrutata in detrimentum, ſeu præjudicium partium non revelabunt, & ejus perſonas cum præcipua & honoris & promotionis dilatione proſequentur coram ipſorum judicii digniſſimi aſſeſſione, ne dum æquitate, ſed honeſtate quoque utentur, convitia ibidem ſub pœna à judice moderanda vitabunt. Prætereà quod clientulos ſuos ultra ſalaria vigore ordinationis ipſis deb'ta nulla auctione, vel controverſiam pactione onerabunt, ſique ſalarii nomine controverſiam pacti fuerint, ſuper ea re moderationem judicis & Aſſeſſorum, vel quibus tunc judex eam rem terminandam mandaverit, ſine ulla conditione, expectabunt. & in poſteris in novis cauſſis aſſumtis vel aſſumendis, nec dum in judicium deductis, ſi quid in eis ultra judicialem taxam ſeu moderationem interceperint, id partibus reſtituere debent. Quodque cauſam, quarum patrocinium ſubierunt, ſine legitima ratione & judiciali permiſſione non deſtituent, verùm clientulis ſuis & partibus cum omni fidelitate ad cauſarum ipſarum

finem,

finem, ſubſidium impartiri & præſtare debent, ſine nullius fraudis & doli interceſſione. 8

Noti etiam ſunt verſiculi iſti:

Illud juretur, 1. quod lis ſibi juſta videtur.
2. Et ſi quæratur, quòd nil niſi vera fatetur:
3. Quod nil promittet, 4. quod falſa probare negabit:
4. Ut lis tardetur, dilatio nulla petatur.

III.

Juramentum hóc quilibet Advocatus
firmiſſimè memoriâ teneat, ad illud, velut ad 9
Lydium lapidem, quotidiè ſtudia & actiones ſuas probet & examinet, ſummoque ſemper ſtudio id ſervare nitatur, maximè cavens, ne temerariâ ejus violatione conſcientiam ſuam, bonamque famam lædat, & iram divinam ac magiſtratûs pœnam in ſe provocet. Væ autem illi, cui major pecuniæ, quàm con-
ſcientiæ, major utilitatis quàm honeſtatis ac 10
famæ cura!

CONCLUSIO XII.

Peccat Advocatus, qui præſcriptam proceſſus Judiciarii normam negligit.

SUMMARIA.

1. *Forma in judicio cauſſas tractandi certa quare præfinita.*
2. *Hac forma neglecta lis protelatur & clientibus nocetur.*

3. *Graviter peccat Advocatus processus judiciariæ formam negligens.*
4. *Meretur judicis pœnam & ad restitutionem damni tenetur.*
5. *Cavere igitur debent advocati ne à tramite judiciario recedant.*

I.

1 CErta ubique forma in judicio causas tractandi ac disceptandi, instar Regulæ Lesbiæ, eum in finem præfinita est, ut Advocati justo ordine litigia pertexere, partes litigantes absque morâ jus suum consequi, & justi-
2 tiæ participes fieri possint. Hæc norma vel forma Processus, si ab Advocato, ut quandoque, vel per malitiam, vel per negligentiam, aut imperitiam fieri solet, negligatur, non potest non indè lis protelari, & clientibus
3 multis modis noceri. Non leviter ergò peccat Advocatus, si processus judiciarii formam negligendo ac turbando, clientis causam de-
4 teriorem reddit; Meretur is justam Judicis indignationem pœnamque arbitrariam, & ad restitutionem damni, quod cliens passus
5 est, obstringitur. Quapropter caveant Advocati & procuratores hunc offensionis lapidem, nec latum unguem à tramite & ordine judiciario recedant. Vid. D. Mengering *scrutin. consc. cap. 11. q. 116.* ubi Advocatos monet, ut conscientiam examinent, an contra processus ordinem peccârint, ob sie zu Nachtheil der Clienten im Proceß verstossen?

CON

Conclusio XIII.

Peccat Advocatus, qui in caussa, in quâ antehâc Judex fuit, Advocationis munere fungitur.

SUMMARIA.

1. *A judicandi Munere abstinere debet qui antehac ejusdem caussæ fuit patronus.*
2. *Ne suspectum se reddat.*
3. *An quis in eodem negotio, alia tamen instantia, Advocatus esse possit in qua antea judex fuit?*
4. *Affirmant quidam.*
5. *Rectius alii negant.*
6. *Gravissime peccant illi qui ejusdem caussæ patroni & judices simul sunt.*

I.

Explorati juris est, à judicandi munere eum abstinere debere, qui antehac ejusdem causæ fuit patronus. *l.ult.C.de Adsessor.* ne 1
scil. affectionis suæ vel advocationis memor,
se suspectum reddat, ac incorrupti judicis 2
nomen perferre non possit. Brunnem. *in l. 6. C. de postul.* add. Franc. Marci. *part.2. decis. 912.*
Quamvis autem nonnulli illicitum non esse
putent, si quis in eodem negotio, aliâ tamen 3
instantiâ, Advocatus esse velit, in quo anteà
Judex fuit. Ant. Fab. *in Cod. de postulat. def. 1.*
Gratian. *discept. for. c. 4. n. 7.* Rectius tamen alii
id negant, sive sententia ab eo suscipiatur defendenda, sive impugnanda. Jac. Gothofr.

5 *ad l.2.C.Theod.de postul.* quem refert ac sequitur D. Ziegler. *Dicast. conclus.19.§.10.* ubi enim seq. ait: pari modo eum, qui in priori principali causa judex fuit, honestius facere, si in alterâ, inde dependente, Advocati partes
6 non suscipiat. Omnium autem graviſſimè tàm in externo quam interno foro peccant illi, qui ejusdem causæ patroni & judices simul sunt, cùm planè incompatibilia sint, in eadem causâ penes eandem personam munus Judicis & Advocati: Gratian. *d.l.n.8.* Menoch. *A.I.C. lib.1. q.72.* Brunhem. *in l.6. de postul. & l. ult. C. de Assess.*

CONCLUSIO XIV.

Peccat Advocatus, qui vel per malitiam, vel imperitiam, Clientis sui caussam obscurè, confusè, intricatè & ineptè proponit.

SUMMARIA.

1. *Jura partium ab Advocatis clarè & dexterè proponenda.*
2. *Peccant qui caussam vel malitiosè vel per imperitiam confuse proponunt.*
3. *Ignorantia rerum quæ sciri debent ratione officii est contra virtutem studiositatis.*
4. *Ineptus libellus à judice ex officio dentibus lacerandus.*
5. *Querela de hoc Theologorum.*
6. *Item JCtorum.*

7. Ad-

7. *Advocati sint solliciti de bene narrando facto ritè formando libello, & justè inferendo & concludendo.*

I.

JUra partium ab Advocato ita clarè & dextrè 1
proponenda, ne, quæ in judicio geruntur, reddantur elusoria; actus enim frustraneos, quibus lites protrahuntur, jura detestantur: Si quis vero, vel malitiosè, vel per imperi- 2
tiam, caussam confusè & intricatè proponendo (quod rabularum forensium proprium est) judici bilem moveat, eum inani labore defatiget, & litis protractionem expensarumque cumulationem clientibus caussett, eum peccare, quis dubitet? Ignorantia enim 3
rerum, quæ sciri debent, ratione status & officii, speciale peccatum contra virtutem studiositatis esse, ait Nathen. *de Iustit. vulnerat. p. 2. tit. 3. cap. 5. n. 11.* v. gr. si Advocatus ine- 4
ptum libellum offerat, quem à Judice ex officio dentibus lacerandum, vulgò Doctores ajunt. Jason. *in l. omne officium. 1. n. 4. de offic. Asseß.* Jac. Schulthes. *observ. 6. n. 8.* Autor Judicii Theolog. *p. 185. ubi ait:* Es ist Sünde/wenn ein 5
Advocat seiner Parthey Klage irrig/ dunckel/ unverständlich/ohne Ursachen/ohne rechtmäßige conclusion und petition anstellet/ und also Gerichtlich produciren lässet.

De hoc cum Oldendorpio, optimo JCto 6
conqueritur Parthenius litigiosus *L. 1. c. 15. n. 15.* Videmus, inquit, omnes passim parùm

curare, in quo caussarum genere versentur, multò minùs, quam actionis formulam intendant, tantum solliciti, quo verborum apparatu in judicium caussam producant; Do-
5 ctores, Commentarios & Repertoria obiter legunt, ubi si unum aut alterum verbum forte inveniant, caussæ suæ nonnihil adfine, statim sibi persvadent victoriam, sed serò
6 cum Phrygibus intelligunt, quàm impertinentem actionem proposuerint, cùm tamen potius deberent, si Clientibus consulere vel-
7 lent, *esse solliciti de benè narrando facto, ritè formando libello, & juste inferendo & concludendo*, nec enim speranda sententia proficua, si non
8 rectè fuerit in libello petitum. Carpz. *Iurup. Sax. P.1.C.2. def.16. n.3.*

CONCLUSIO XV.

Peccat Advocatus, qui per negligentiam suam Clienti in causâ præjudicat.

SUMMARIA.

1. *Quam variis modis negligentia Advocatorum partibus sit damnosa.*
2. *Hæc negligentia grave est peccatum.*
3. *Quia clienti fidelem promisit operam.*
4. *Gravis negligentia mortale peccatum inducit.*
5. *Clientem pro virili non defendens peccare dicitur.*
6. *Mali Advocati vel negligentes vel negotiorum mole*

mole obruti sæpe caussantur sollicitatorum incuriam qui tamen fuerunt diligentissimi.

7. *Tam patrocinium suscipiens quàm sollicitudinem caussæ complectens solertes sint, ne partes quid detrimenti sentiant.*

8. *Conclusio hæc variorum Dd. autoritatibus firmatur.*

I.

MUltis modis Advocatorum negligentia 1
ac socordia solet esse damnosa, cum jura
vigilantibus non dormientibus dicantur
„ esse scripta, veluti, si Advocati in termino
„ præfixô imparati, nec in caussâ satis infor-
„ mati compareant: Si absque mandato
„ caussam proponant: Si post latam senten-
„ tiam appellationis remedium negligant;
„ Si fatalia aut terminum probatorium præ-
„ terlabi patiantur: Si intempestivè termi-
ni prorogationem petant &c. Hanc Advo- 2
cati negligentiam peccatum esse, quis dubi-
taverit? Promisit is enim clienti suo patro- 3
cinii fidelem operam. quam si pro virili non
præstat, sed clienti negligentiâ præjudicat
minimùm dilationem ac protelationem pro-
cessûs caussando, omninò peccat. Negli- 4
gentiam namque prorsus quilibet evitare
studeat, quoniam gravis negligentia mortale
peccatum inducit, ait Navarrus *in compend. verb. negligentia. n.2* Clientulum pro viribus
non defendens, peccare dicitur. Specul. *tit.* 5
de Ad-

verò maluerint avaritiâ vel ambitione illecti omnibus dare operam, in multis & quam plurimis deficient, præsertim his temporibus nostris, cùm legalium librorum moles creverit in immensum, & perdifficile sit, non solùm omnes revolvere, sed etiam reminisci. Cum autem honorario accepto Advocatus sumserit alias caussas, atque opera & studium suum non est amplius in sua potestate, sed quatenus caussæ postulant, obnoxium est illis atque clientibus: quo fit, ut dum Advocatus avidè amplectitur alias caussas & in illas incumbere velit, committit furtum illius operæ ac diligentiæ jam aliis obligatæ. Add. Magonius de *rect. patroc. nat. cap. 38.* ubi ait: Credo, hujusmodi Advocatos & Caussidicos qui non solùm omnia negotia sibi oblata suscipiunt, sed & multa alia multis artibus aucupantur, *peccare mortaliter*, ac obligatos esse ad restitutionem damnorum, ubicunque ex *tarditate nimiâ*, vel *incorsuetâ festinatione* clientes sui magnum detrimentum capiunt.
6 Non poterit Advocatus causari angustiam temporis, quâ sua sponte se circumscripsit. Expedit igitur magis ad Christianam pietatem, *paucas causas benè agere*, quàm multas malè defendere, quòd si forte in hâc vitâ minus erit speciosum, in alio procul dubio erit magis fructuosum.
7 Idem supra laudatus Ald. *q. 54.* ait: Advocati Christiani non recipiant plures caussas, quàm bene & diligenter agere pos-

possint: hæc namque est unica ratio præcavendi sexcenta peccata, quæ ex magno numero negotiorum forensium, & aliis occupationibus, , quibus ambitiosè possunt detineri, indies consequuntur. Add. Nicolai. *de Process. c. 6. n. 7.* Rosbach. *de Process. Tit. 18. n. 21.* Berlich. *P. 1. concl. 9. n. 36.*

CONCLUSIO XI.

Peccat Advocatus, qui juramenti Advocatorii religionem temerè violat

SUMMARIA.

1. *In quibusdam judiciis Advocati non nisi præstito juramento recipiuntur.*
2. *Ut in supremo judicio Spirensi & aliis.*
3. *Advocati juramenti religione ab abusibus deterrentur & ad majorem patrocinii fidem adstringuntur.*
4. *Advocatus licet juramentum non præstiterit tamen ejus contenta servare tenetur.*
5. *Quod confirmant verba Mengeringii.*
6. *Summa juramenti Advocatorii.*
7. *Formula juramenti ex Ordin. Camerali de anno 1495.*
8. *Versiculi de juramento Advocatorio.*
9. *Ad hoc juramentum velut ad lapidem lydium quotidie actiones suas examinet Advocatus.*
10. *Væ illi qui negligit.*

1. In

I.

IN quibusdam judiciis optimè receptum est, ut nemo ad Advocaturam admittatur, nisi præstito juramento, quod dicitur der
2 Advocaten Eyd. Ita in supremo Judicio Imperii Spirensi obtinet. *Vid. Ordin. Camer. de anno* 1495. *Ordin. Curiæ provinc. Meklenb. eod. tit.* Fürstliche Sächsische Gothaische Ausschreiben / wie es mit Vereydung der Advocaten zu
3 halten. *de anno* 1657. Et sanè optandum esset, in nullis judiciis, licet inferioribus, Advocatos absque juramento tali admitti, ejus namque religione ab abusibus advocationis deterrerentur, & ad majorem patrocinii fidem adstringerentur; Vid Bocer. *tom. 2. disp. de ju-*
4 *rej.* Quamvis autem Advocatus juramentum nullum præstiterit, nihilominus tamen ea servare tenetur, quæ talis juramenti formula continere solet, quippe quæ in se pia,
5 justa, non arbitraria. Ita etiam sentit D. Mengering. *in Horologiâ cap. 3. §. 12. ubi ait :* Man kan wohl zu manchen Juristen und Advocaten sagen : Lieber Herr N. habt ihr schon zu eurer Advocatur an diesem oder jenem Orte keinen Cörperlichen Eyd geschworen / ey so solt ihr doch nur als ein redlicher Mann und Gewissenhaffter Christ euch darbey erweisen und verhalten / und nicht als ein frecher und unverschämbter Zungendrescher bezeugen / und alles quid pro quo, was euch ins Maul kömt / oder in Bart kreucht / bejahen / oder defendiren bestreiten und verfechten / und ins Ge-

laß

lag hinein reden und plaudern/das ihr selbst in eurem Gewissen straffen und unrecht sprechen müsset.

II.

Summa autem juramenti Advocatorii hæc est: Daß die Advocaten sich insgemein also bezeigen sollen/ daß sie es gegen Gott/ der hohen Obrigkeit/und im Stande des Rechtens zu verantworten/ auch männiglich zu verspüren haben möge/ wie ihre Verrichtungen/ actiones und Fürnehmen mehr zu Beförderung der Justitz/ Schutz und defension der Beträngten/als Mehrung und Erhöhung ihres Vermögens gemeynet sey. Churfl. Sächsische Erledigung, *de anno* 1653. & 1657. *Tit.* Justitz-Sachen, *rubr.* von Advocaten und procuratorn. In gratiam Advocatorum placet formulam juramenti ex Ordinatione Camerali, *de anno* 1495, heîc subjicere, quæ hujus est tenoris: 7

Advocati, qui ad Imperialis Cameræ judicii patrocinium causarum, & munus Advocationis assumendi sunt, sacræ Majestati nostræ, vel in nostri loco Domino judicii Camaræ, promittent, & ad Sanctos jurabunt, quod clientulis Partibus suis in Causis, quas defendendas suscipient, cum integra sinceraque fide, consiliis & actionibus suis, meliore, qua valuerint, intelligentia, virilique parte pro ipsis fuerit quam diligentissimè agere & jurare velint, atque in hujusmodi causis penitus nullam calumniam falsitatis seu iniquitatis, illicitasque dilationes scien-

ter protelendarum Causarum gratia usurpare aut petere velint, neque partes quod id faciant, aliquo modo non instruere velint, cum Partibus de quota seu parte Litis, cujus tunc patrocinium agunt, minimè paciscantur, secreta causarumque subsidia seù fundamenta instructionis quæ à partibus ipsis accepta, vel aliundè perscrutata in detrimentum, seu præjudicium partium non revelabunt, & ejus personas cum præcipua & honoris & promotionis dilatione prosequentur coram ipsorum judicii dignissimi assessione, ne dum æquitate, sed honestate quoque utentur, convitia ibidem sub pœna à judice moderanda vitabunt. Præterea quod clientulos suos ultra salaria vigore ordinationis ipsis debita nulla auctione, vel controversiam pactione onerabunt, sique salarii nomine controversiam pacti fuerint, super ea re moderationem judicis & Assessorum, vel quibus tunc judex eam rem terminandam mandaverit, sine ulla conditione, expectabunt. & in posteris in novis caussis assumtis vel assumendis, nec dum in judicium deductis, si quid in eis ultra judicialem taxam seu moderationem interceperint, id partibus restituere debent. Quodque causam, quarum patrocinium subierunt, sine legitima ratione & judiciali permissione non destituent, verùm clientulis suis & partibus cum omni fidelitate ad causarum ipsarum finem,

finem, subsidium impartiri & præstare debent, sine nullius fraudis & doli intercessione. 8

Noti etiam sunt versiculi isti:

Illud juretur, 1. quod lis sibi justa videtur.
2. Et si quæratur, quòd nil nisi vera fatetur:
3. Quod nil promittet, 4. quod falsa probare negabit:
4. Ut lis tardetur, dilatio nulla petatur.

III.

Juramentum hóc quilibet Advocatus firmissimè memoriâ teneat, ad illud, velut ad Lydium lapidem, quotidiè studia & actiones suas probet & examinet, summoque semper studio id servare nitatur, maximè cavens, ne temerariâ ejus violatione conscientiam suam, bonamque famam lædat, & iram divinam ac magistratûs pœnam in se provocet. 9
Væ autem illi, cui major pecuniæ, quàm conscientiæ, major utilitatis quàm honestatis ac famæ cura! 10

CONCLUSIO XII.

Peccat Advocatus, qui præscriptam processus Judiciarii normam negligit.

SUMMARIA.

1. *Forma in judicio caussas tractandi certa quare præfinita.*
2. *Hac forma neglecta lis protelatur & clientibus nocetur.*

 3. Gra-

3. *Graviter peccat Advocatus processus judiciarii formam negligens.*
4. *Meretur judicis pœnam & adrestitutionem damni tenetur.*
5. *Cavere igitur debent advocati ne à tramite judiciario recedant.*

I.

1 CErta ubique forma in judicio causas tractandi ac disceptandi, instar Regulæ Lesbiæ, eum in finem præfinita est, ut Advocati justo ordine litigia pertexere, partes litigantes absque morâ jus suum consequi, & justi-
2 tiæ participes fieri possint. Hæc norma vel forma Processus, si ab Advocato, ut quandoque, vel per malitiam, vel per negligentiam, aut imperitiam fieri solet, negligatur, non potest non indè lis protelari, & clientibus
3 multis modis noceri. Non leviter ergò peccat Advocatus, si processus judiciarii formam negligendo ac turbando, clientis causam de-
4 teriorem reddit; Meretur is justam Judicis indignationem pœnamque arbitrariam, & ad restitutionem damni, quod cliens passus
5 est, obstringitur. Quapropter caveant Advocati & procuratores hunc offensionis lapidem, nec latum unguem à tramite & ordine judiciario recedant. Vid. D. Mengering. *scrutin. consc. cap. 11. q. 116.* ubi Advocatos monet, ut conscientiam examinent, an contra processus ordinem peccârint, ob sie zu Nachtheil der Clienten im Proceß verstossen?

Conclusio XIII.

Peccat Advocatus, qui in caussa, in quâ antehâc Judex fuit, Advocationis munere fungitur.

SUMMARIA.

1. *A judicandi Munere abstinere debet qui antehac ejusdem caussæ fuit patronus.*
2. *Ne suspectum se reddat.*
3. *An quis in eodem negotio, alia tamen instantia, Advocatus esse possit in qua antea judex fuit?*
4. *Affirmant quidam.*
5. *Rectius alii negant.*
6. *Gravissime peccant illi qui ejusdem caussæ patroni & judices simul sunt.*

I.

Explorati juris est, à judicandi munere eum abstinere debere, qui antehac ejusdem causæ fuit patronus. *l.ult.C.de Adsessor.* ne scil. affectionis suæ vel advocationis memor, 1
se suspectum reddat, ac incorrupti judicis 2
nomen perferre non possit. Brunnem. *in l. 6. C. de postul.* add.Franc.Marci. *part.2. decis.912.* Quamvis autem nonnulli illicitum non esse putent, si quis in eodem negotio, aliâ tamen 3
instantiâ, Advocatus esse velit, in quo anteà Judex fuit. Ant. Fab. *in Cod. de postulat. def. 1.* Gratian. *discept.for. c.4. n.7.* Rectius tamen alii id negant, sive sententia ab eo suscipiatur defendenda, sive impugnanda. Jac. Gothofr.

 ad

5 *ad l.2.C.Theod.de poſtul.* quem refert ac ſequitur D. Ziegler. *Dicaſt. concluſ.19.§.10.* ubi enim ſeq. ait: pari modo eum, qui in priori principali cauſa judex fuit, honeſtius facere, ſi in alterâ, inde dependente, Advocati partes
6 non ſuſcipiat. Omnium autem graviſſimè tàm in externo quam interno foro peccant illi, qui ejusdem cauſæ patroni & judices ſimul ſunt, cùm planè incompatibilia ſint, in eadem causâ penes eandem perſonam munus Judicis & Advocati: Gratian. *d.l.n.8.* Menoch. *A.I.C. lib.1. q.72.* Brunnem. *in l.6.de poſtul. & l. ult. C. de Aſſeſſ.*

CONCLUSIO XIV.

Peccat Advocatus, qui vel per malitiam, vel imperitiam, Clientis ſui cauſſam obſcurè, confuſè, intricatè & ineptè proponit.

SUMMARIA.

1. *Jura partium ab Advocatis clarè & dexterè proponenda.*
2. *Peccant qui cauſſam vel malitioſè vel per imperitiam confuſe proponunt.*
3. *Ignorantia rerum quæ ſciri debent ratione officii eſt contra virtutem ſtudioſitatis.*
4. *Ineptus libellus à judice ex officio dentibus lacerandus.*
5. *Querela de hoc Theologorum.*
6. *Item JCtorum.*

7. Advocati sint solliciti de bene narrando facto ritè formando libello, & justè inserendo & concludendo.

I.

JUra partium ab Advocato ita clarè & dextrè 1
proponenda, ne, quæ in judicio geruntur, reddantur elusoria; actus enim frustraneos, quibus lites protrahuntur, jura detestantur: Si quis vero, vel malitiosè, vel per imperitiam, caussam confusè & intricatè proponendo 2
(quod rabularum forensium proprium est) judici bilem moveat, eum inani labore defatiget, & litis protractionem expensarumque cumulationem clientibus caussiet, eum peccare quis dubitet? Ignorantia enim 3
rerum, quæ sciri debent, ratione status & officii, speciale peccatum contra virtutem studiositatis esse, ait Nathen. *de Iustit. vulnerat. p. 2. tit. 3. cap. 5. n. 11.* v. gr. si Advocatus ineptum 4
libellum offerat, quem à Judice ex officio dentibus lacerandum, vulgò Doctores ajunt. Jason. *in l. omne officium. 1. n. 4. de offic. Assess.* Jac. Schulthes. *observ. 6. n. 8.* Autor Judicii Theolog. *p. 185. ubi ait:* Es ist Sünde/wenn ein 5
Advocat seiner Parthey Klage irrig/ dunckel/ unverständlich/ohne Ursachen/ohne rechtmäßige conclusion und petition anstellet/ und also Gerichtlich produciren lässet.

De hoc cum Oldendorpio, optimo JCto 6
conqueritur Parthenius litigiosus *L. 1. c. 15. n. 15.* Videmus, inquit, omnes passim parùm

curare, in quo caussarum genere versentur, multò minùs, quam actionis formulam intendant, tantum solliciti, quo verborum apparatu in judicium caussam producant; Doctores, Commentarios & Repertoria obiter legunt, ubi si unum aut alterum verbum forte inveniant, caussæ suæ nonnihil adfine, statim sibi persvadent victoriam, sed serò cum Phrygibus intelligunt, quàm impertinentem actionem proposuerint, cum tamen potius deberent, si Clientibus consulere vel-
7 lent, *esse solliciti de benè narrando facto, ritè formando libello, & juste inferendo & concludendo*; nec enim speranda sententia proficua, si non rectè fuerit in libello petitum. Carpz. *Iurup. Sax. P.1.C.2. def.16. n.3.*

CONCLUSIO XV.

Peccat Advocatus, qui per negligentiam suam Clienti in caussâ præjudicat.

SUMMARIA.

1. *Quam variis modis negligentia Advocatorum partibus sit damnosa.*
2. *Hæc negligentia grave est peccatum.*
3. *Quia clienti fidelem promisit operam.*
4. *Gravis negligentia mortale peccatum inducit.*
5. *Clientem pro virili non defendens peccare dicitur.*
6. *Mali Advocati vel negligentes vel negotiorum mole*

mole obruti sæpe caussantur sollicitatorum incuriam qui tamen fuerunt diligentissimi.

7. Tam patrocinium suscipiens quàm sollicitudinem caussæ complectens solertes sint, ne partes quid detrimenti sentiant.

8. Conclusio hæc variorum Dd. autoritatibus firmatur.

I.

MUltis modis Advocatorum negligentia ac socordia solet esse damnosa, cum jura vigilantibus non dormientibus dicantur esse scripta, veluti, si Advocati in termino præfixô imparati, nec in caussâ satis informati compareant: Si absque mandato caussam proponant: Si post latam sententiam appellationis remedium negligant; Si fatalia aut terminum probatorium præterlabi patiantur: Si intempestivè termini prorogationem petant &c. Hanc Advocati negligentiam peccatum esse, quis dubitaverit? Promisit is enim clienti suo patrocinii fidelem operam quam si pro virili non præstat, sed clienti negligentiâ præjudicat minimùm dilationem ac protelationem processûs caussando, omninò peccat. Negligentiam namque prorsus quilibet evitare studeat, quoniam gravis negligentia mortale peccatum inducit, ait Navarrus *in compend. verb. negligentia. n.2* Clientulum pro viribus non defendens, peccare dicitur. Specul. *tit.*

1 2 3 4 5

de Advocat. §.1. col.3. & committere latrocinium Caccialup. *in repet. l. diem funct. quæst. 8. col. 2.*
6 *de offic. ass. ff.* Magon. *d. tract. c.34. n.19.* Non est dissimilis fraudi, ait Ala. Tr. *de Advoc. & caussid. Christian q.54.* quâ uti possent mali Advocati, siquidem vel negligentiâ, vel immensâ variorum negotiorum mole obrui delectantur, aliquando non incumbunt in caussas, à clientibus vero interpellati, caussantur incuriam sollicitatorum, qui tamen fuerunt dili-
7 gentissimi in munere suo obeundo Caveant ergò tàm patrocinium suscipiens, quam sollicitudinem caussæ complectens, ne dolo suo, imperitiâ, aut negligentiâ pars damnificetur sed solertes sint, ne partes quidque his de
8 caussis detrimenti sentiant. Addatur *Autor judicii Theolog. super consultat.* Spener: *p.185.* ubi ait: Sünde ist es / wenn ein Advocat in præfixo termino aus Geitz oder Fahrlässigkeit nicht gefaßt/und also die Ursach ist/daß vergebliche Ufzüge und Verlängerung der Sachen gesucht werden / oder wenn sie mit Faulheit und Nachlässigkeit gute Sache und ordentliche Processe versäumen und verwahrlosen. Mengering. *Scrutin. conscient. c.20. tit 10.* conf. D. Ziegler. *Dicast. concl.25. n.5.* Nathen. *de Justit. vulner. P.2. Tit.3. c.6.*

CONCLUSIO XVI.

Peccat Advocatus, qui pauperum ac tenuioris sortis Clientum caussas negligentiùs agit, quâm ditiorum & potentiorum.

SUM-

SUMMARIA.

1. *Sæpe fit ut propter spem majoris præmii ditiorum & potentiorum caussæ majori studio tractentur quàm pauperum.*
2. *Pauperis caussa citius quàm divitis expediri debet.*
3. *Pauper favorabilior est divite.*
4. *Turpe est Christiano spe majoris temporalis mercedis potius quàm æternæ benè agere.*
5. *Advocatus patrocinando non hominibus sed Deo ipsi servit.*
6. *Advocati partibus patrocinentur caritatis amore non lucri cupiditate.*

PRopter majoris præmii vel honorarii spem(ut sæpè fit)majore curâ, studiô ac vigilantiâ ditiorum ac potentiorum clientum, quàm pauperum ac villoris sortis hominum caussas tractare, peccatum est. Pauperis enim caussa citiùs, quàm divitis expediri debet. *per Gloss. in caput. imprimis 2. quæst.1.* quam adducit Magonius. *de rectâ patrocin. ration. cap. 59. n. 4.* Favorabilior enim ille, tanquam miserabilis persona, divite. Et sanè turpe est Christiano homini exercitio boni operis magis spem majoris mercedis temporalis, quàm æternæ respicere, illiusque potius quàm hujus consideratione alacriorem sese exhibere. Cogitet Advocatus, eum patrocinando, non hominibus, sed

ſed Deo ipſi ſervire; ac glorioſum ei eſſe, ſi nihil amore pecuniæ fecerit, vel omiſerit,
6 Advocatorum ſtudium eſſe debet (inquit Magonius. *de Tract. cap.57. n.6.*) ut quicquid agunt circa patrocinium, id *charitatis amore*, & non *lucri aviditate* ab eis peragendum præmeditentur.

CONCLUSIO XVII.

Peccat Advocatus, qui erga Judicis perſonam indecenter ſe gerit.

SUMMARIA.

1. Advocatorum protervia in loco judicii commiſſa juſtis coercenda pœnis.

2. Parentis perſona filio & patroni liberto ſancta eſſe debet.

3. Judicis perſona advocato honeſta ac ſancta videri debet.

4. Contaminatur judicii ſanctitas, quando judicis perſona contemnitur.

5. Quod fit quando Advocati cum præfectis nimium familiares ſe reddunt.

6. Nimia familiaritas parit contemtum.

7. Temeritas Advocatorum quorundam in præſcribendo judicibus modum ſententiam ferendi.

8. Hoc caſu tam judex quàm advocatus peccant.

I.

1 JUdiciorum ſanctitas & judicantium autoritas omninò exigit, Advocatorum proterviam, cumprimis in loco judicii commiſſam juſtus

justis coerceri pœnis, cùm verendum aliàs sit, ne sancta justitia ad eorum libidinem prostituatur; Quemadmodum semper persona 2
patris filio, patroni persona liberto, *l. liberto. de obseq. parent. ac patron. præstand.* Sic judicis 3
persona Advocato honesta ac sancta videri debet, erga quam in judicio vel extra illud, indecenter sese gerere, scandalosum, minimeque probandum. Non parùm conta- 4
minatur judicii sanctitas, quando judicis persona contemnitur, nullaque ab Advocatis & clientibus reverentia ei exhibetur. In 5
judiciis inferioribus sæpiùs id fieri, experientia docet, cumprimis quando Advocati cum Præfectis & Quæstoribus sese nimium familiares reddunt, wenn der Advocat mit dem Schösser oder Ambtmann sich gar zu gemein machet. *Nimia enim familiaritas*, ut vulgò dici- 6
tur, *parit contemptum*. Quandoque Advo- 7
cati adeò temerarii sunt, ut ferè audeant Præfectis simplicibus præscribere, quomodo in causâ, cujus patrocinium gerunt, sententiam ferre debeant. Uterque sanè peccat, tam ju- 8
dex, quam Advocatus, ille, dum auctoritatem suam non custodit, hic, dum judicii sanctitatem corrumpit, ac sese adversæ parti suspectum reddit. Vid. Paul. Christinæus. *decis. Cur. Belgic. vol. 2. tit.* 11. *decis.* 100. *n.* 2. ubi ait: quod in eo potissimùm videatur sita Reipubl. 9
salus & conservatio, si magistratibus Judicibusque sua constet auctoritas & reverentia, quam

quam vel maximè tueri debent Advocati.
10 Ibidem refert, quendam Advocatum apud Commissarium turpiloquio usum, relatione ad Curiam factâ, condemnatum fuisse à supremâ Curiâ Mechlinienſi, fiſco inferre Carolinos aureos duodecim, quosdam alios, qui petulantiùs egerant, coram ejusdem Curiæ delegatis, graviter punitos ac inſuper ad tempus remotos fuiſſe. Vid. etiam Manda-
11 tum Electorale Saxonicum de anno 1662 Wider der Advocaten Unbeſcheidenheit in Judiciis: ubi cavetur: Daß denen Advocaten / ſo ſolcher Unbeſcheidenheit ſich gebrauchen / ohne Anſehung der Perſon / das practiciren gäntzlich verbothen / oder auch nach Befindung mit Gefängnis oder Nahmhafften Geld-Straffe belegt werden ſollen. Add. Verneurte Reichs-HerrnOrdn. *tit.7.§.* und ſollen ſich. Berlich. *P.1. concl.9. n.19.*

CONCLUSIO XVIII.

Peccat Advocatus, qui in collitigatores, eorumque Advocatos cavillando ac maledicendo invehitur.

SUMMARIA.

1. *Familiare hodie eſt Advocatis ut in adverſarios vel in ipſum etiam judicem conviciando nimis licentioſè invehantur.*

2. *Qui*

2. *Quod Vitium caninum advocatos non decet sed rabularum forensium est proprium.*
3. *Legibus Romanis est prohibitum.*
4. *Ordinatione item Camerali.*
5. *Nec non Electorali Saxonica Torgens.*
6. *Uti Ordin. Proc. &c.*
7. *Gravissime igitur peccant Advocati Constitutiones hasce negligentes.*
8. *Confirmatur hoc autoritate Theologicâ.*
9. *Cavillationes litem magis impediunt quàm expediunt.*
10. *Ejusmodi Advocatorum temeritas multa compesci solet arbitraria.*
11. *Sententia Bernhardi de hoc.*
12. *Judicis multum interest non fieri à causidicis cavillationes vel factas castigari.*

I.

MUltis Advocatis, Causidicis ac caussarum patronis nihil hodiè familiarius est, atque jucundius, quàm si commissarum sibi caussarum infirmitatem, rationibus, sive inscripto, sive vivâ voce satis munire non possunt vel in alteribus partis adversarium, vel in ipsum etiam quandoque judicem, conviciando, injuriando, objurgando, & maledicendo, liberiùs, licentiosiùs, protervius procaciùs, ferociùs & effrenatiùs invehantur.

spitzen

spitzen die Feder gar zu scharff. Eberh. Speckhan. *cent.2. class.4. quest.40.* Joh.Petr.Ala. *de Advoc.*
2 *& causid.* Christian. *p.2. exerc.6.* Carpz. *de Proc. Sax. tit.5. art.7. n.42.* Mevius. *P.1. decis.155. n.4.* ubi ait: non leve crimen esse Advocatorum, cùm caussas, utut justas, injustè agunt, jus
3 per injurias quærunt, ac prosequuntur. Pessimum sanè, maximè exosum ac vere caninum hoc vitium est, non Advocatos, tanquam viros honestos ac cordatos, decens,
4 sed forensium rabularum proprium. Legibus Romanis illud, ut justissimè, ita districtis-
5 simè prohibitum & interdictum. Sic enim Imperatores *in l.6. §.1. C. de postulando.* rescribunt: Ante omnia Advocati ita præbeant „ patrocinia jurgantibus, ut non ultrà quàm „ litium poscit utilitas, in licentiam conviti- „ andi & maledicendi temeritatem prorum- „ pant. Agant quod caussa desiderat: Tem- „ perent se ab injuria. Nam si quis adeò pro- „ cax fuerit, ut non ratione, sed probris pu- „ tet esse certandum, opinionis suæ imminu- „ tionem patiatur. Nec enim conniventia „ commodanda est, ut quisquam negotio „ derelicto, in adversarii sui contumeliam aut „
6 palàm pergat, aut subdolè. Cui constitutioni consonat Ordinatio Cameralis. *Part.1. tit. 23.* von der Advocaten und Procuratorn Ambt vor Gerichte. *§.1. junct. princ. & tit.52. pr.* von Straffe der Advocaten und Procuratorn. ubi dicitur: Die Advocaten und Procura-
torn

sorn sollen sich im Rath/ in der Cantzeley / und im Gerichte / vor Cammer-Richter / Præsidenten/ und verordneten Adsessorn in ihren mündlichen und schrifftlichen Handlungen und Fürträgen/aller Schimpffwort / schimpffirens und unzüchtiger Geberden enthalten/ und sich der Erbarkeit allerseits vermöge ihrer Pflicht/ gebrauchen. Consonat etiam ordinatio Torgens. Elect. Sax. *de anno* 1653. von von Advocaten und Procuratoribus. §. Wann aber. ibi. Sonderlich aber sich aller unnützer/ hönischer schmähliger Wörte / in Sätzen/ Schreiben und Reden/ enthalten / und allein der Sachen Nothdurfft kürtzlichen vorbringen. *Et ordin. Proc. de anno 1622. Tit. 3. vers.* aller stachlichen anzüglichen Worte/ so wohl gegen die Gerichte/als ihrem Gegentheil und dessen Beyständе sich enthalten. Item mandat. de anno 1662. wieder der Advocaten Anzüglichkeiten in Sätzen und Schrifften; in Append. corp. Jur. Sax. nov. *pag. 22.* 7
8
9

II.

Gravissimè ergò peccant, ac conscientiam lædunt causarum Patroni, qui saluberrimas hasce constitutiones negligunt, in judicio adversarium conviciis proscindere non erubescentes. Sünde ist es (ait supra laudatus Theologus cit. loc.) wenn ein Advocat in den Producten schmährühriger/schmähliger und zu der Sachen undienlicher Wörte sich gebrauchet / und damit zu grösserer Weitläufftigkeit Ursach gibt. Cavillationes litem magis impediunt, quam expediunt, dienen mehr zur Verbitterung der 10
11

Parthenen/als Beförderung der Rechts-Sachen. Parthen. Litig. *L. 2. c. 7. n. 15.* Cavillator enim vel nuda personalia tractat, vel dente maligno excipit merita caussæ, textus juris in sensum planè alienum detorquens.

12 Ejusmodi Advocatorum temeritas mulctâ compesci solet arbitrariâ, non solùm, quo ab ejusmodi convitiis & cavillis imposterùm Causidici abstineant, sed etiam pax publica pariter & quies privata conservetur, quæ per injurias maximoperè turbari solet. Thesaur. *decis. 18. Parthen.* litig. *L. 2. cap. 7. n. 15.* Klock. *Tr. de ærario. cap. 5.* Carpz. *de Proc. Sax. tit. 5. art. 7. num. 43.* Quamvis Bernhardus. *lib. 2. consi-*

13 *derat. 10.* allegatus à Schönbornero. *L. 3. Pol. c. 41.* Vareiloquas horum linguas præcidendas esse scribat. Nerizan. *consil. 27. num. 18.* qui con-

14 gruè scribit: Advovati accipiunt pecuniam, judices plagam; quidquid enim ipsorum iniquitate & injuriâ peccatur, id in Judicis contumeliam & infamiam vergit. Unde Judicis, pro servandâ existimatione multum interest, non fieri ab ipsis talia, & facta castigari, ne incidat indè in quandam infamiam.

15 Nonnunquam Advocati pro gravitate admissi delicti pœnâ infamiæ adfici, aut ab officio suspendi, & à limine Judicis repelli possunt. Berlich. *part. 1. d. concl. 9. num. 22. & seqq.* Carpzov. *Resp. Elect. L. 3. Resp. 5.*

CONCLUSIO XIX.

Peccat Advocatus, qui in bonâ etiam causâ fallaciis & cautelis utitur.

SUMMARIA.

Advocatus ne quidem in bona causa fallacias vel mendacia adhibeat.

Causa etiam justissima non nisi justis remediis est asserenda.

Autoritates tam ex Sacris, quàm profanis.

Quæ sententia amplectenda licet in praxi contrarium obtineat.

Propter periculum animæ.

Olim homines vitam suam conscientia direxerunt nunc verò scientia quæ sæpe degenerat in sola entia.

Conscientia est omnium Advocator. suprema cautela.

Advocatus nullâ ad obruendam veritatem utatur cautela.

Conscientia est Angelus humanæ vitæ præsidens.

Caveant Advocati à Cautelis deceptoriis quæ in hac vita honorem facientes in alia animæ detrimentum adferunt.

Hodiè nonnulli fidelibus admonitionibus minus quàm sancto denario moventur.

I.

1 NUllas Advocato, ne quidem in bonâ cau
ſa, licere fallacias, fraudulentas cautela
& mendacia adhibere, non tantùm jura, ſe
& conſcientia ipſa dictitant. *l. 14. §. 1. C. de*
Judic. Lancell. Polit. *de Offic. Advocat. cap. ul*
num. 15. Baric. *de Advocat. cap. 7. 8.* quos refer
2 D. Struv. *Synt. Jur. Civ. tit. de Poſtulando. th. 7*
Nicolai. *de Proceſſ. cap. 6.* Add. Hieron. Cæ
vallos *in Spec. ſuo opin quæſt. 361.* ubi pluribu
autoritatibus firmat, cauſam etiam juſtiſſ
mam in judiciis non niſi veris, juſtis, legiti
misque mediis eſſe adſerendam & promo
vendam. Idem ſentit Soarez. *lit. A. num. 19*
Reyger *Theſ. pract. v. Advocatus num. 43.* Jo
chim. Hopper. *in Libello de inſtit. Princip.* dù
hiſce utitur verbis: *Haut ſatis eſt bonum facer*
niſi id ipſum benè facias. hoc eſt, ea ratione a
3 viâ, quâ oportet. Undè in ſacris Literis *ju*
dicia Dei juſtè judicari jubentur. Nam non
minus vitioſum eſt, rem juſtam facere inju
ſtè, quam ipſum facere injuſtum. Chriſti
4 *decis. Cur. Belg. vol. 2. deciſ. 100. num. 5.* Ha
ſententia utut contraria in praxi forte ob
neat, conſcientiæ Advocati optimè conſ
5 lit, adeoque amplectanda. Hinc Chriſtian
monet Contardus. *ad L. Diffamari. c. 4. n. 14*
& ſeq. ne Advocati injuſtis utantur cautel
in præjudicium animæ. Nam juxta *Cyn*
ibi relatum, qui hujusmodi cautelis utunt
reportant quidem *gloriam in hoc mundo*, ſ
h

habebunt in futuro seculo *pœnam æternam*, quemadmodum ex *Angelo* refertur, quod quidam vir Sanctus dixerit, *Dynum sibi in somnio apparuisse, & revelasse, quòd ob malam consultationem fuerit damnatus.* Nathen. *de justit. vulner. p. 2. Tit. 3. cap. 5. num. 10.* Potius igitur studendum est conscientiæ, quam tali scientiæ; olim homines se suamque vitam *conscientia* direxerunt, nunc verò abbreviatũ est illud nomen, & mutilatâ primâ syllabâ successit *scientia*, quia quidquid proponitur in utramque partem defenditur, & tandem etiam vera scientia degenerat in sola entia rationis, in sophismata & alterationes, & demum in æternam damnationem Nathen. *d. l.* 6
Benè de Cautelarum abusu scribit Oldekop. *obs. Crim. Tit. 1. obs. 11. n. 5.* Sic, *inquit*, rectè cavet Advocatus sibi, quando cavet *conscientiæ* suæ, quæ *omnium Advocatorum suprema sit, & cautelarum cautela*, prout pie monet Fichard. *caut. 6.* 7
Nulla igitur cautelâ quamvis speciosè fucatâ, aut probabili, perperam vel ad obruendam veritatem vel ad necem alterius, remordente interim conscientiâ, utatur. 8
Est enim conscientia Angelus humanæ vitæ præsidens. 9
Sic Paul. de Castr. *in L. Si per errorem de Jdict.* Cave, *inquit*, à cautelis deceptoris; quia etsi in hoc seculo Advocatis honorem faciant, tamen in altero magnum animæ adferunt detrimentum. 10
In extremo Dei judicio quilibet debebit reddere rationem di-

ſpenſationis ſuæ, nec ibi verſutiæ humanæ cavillis, vel improbis amplius erit locus cautelis. Oldekop. *d. Obſerv.* ubi addit: Quotidie hæc inculcantur, ut mirum ſit, nonullos, qui Chriſtiani audi cupiunt, in corrupto hoc ſeculo, tàm fidelibus & quotidianis dehortationibus minùs, quàm ſancto denario moveri, cum tamen Ethnici doceant, *in omni vita ſuâ quenquam ne latum unguem à rectâ conſcientia oportere diſcedere.* Cic. *ad Attic.*

CONCLUSIO XX.

Peccat Advocatus qui falſis allegationibus Judicem in ſuam ſententiam trahere nititur.

SUMMARIA.

1. *Advocatus debet judicem de cauſſæ meritis bene inſtruere ut juſtum æquumq; decernat.*
2. *Qui judicem falſis allegationibus in ſuam ſententiam pertrahere nititur graviſſimè peccat.*
3. *Imo furtum committit.*
4. *Advocatus judicis mentem falſis allegationibus ne pervertat.*
5. *Secus faciens publico odio perſequendus & ſevera animadverſione coërcendus eſt.*

I.

1 ADvocati officium eſt, Judicem de cauſæ meritis bonâ fide, rectâque conſcientiâ in-

instruere, quo id, quod justum legibusque subnixum est, decernat. Qui verò judicem 2
falsis allegationibus in suam sententiam pertrahere nititur, is conscientiam suam perjurio vulnerat, & suo honori pessimè consulit, justitiam & judicem supplantans, & proximo, quod suum est, injustà sententiâ auferens. Talis certè Advocatus gravissimè pec- 3
cat, & licet manibus rem alienam non contrectet invito domino, facit tamen, ut proximo, quod suum est, auferatur, sub juris etiam velamine, quæ utique deterrima furti species est. Paul. Christin. *dec. Cur. Belg. vol.2. decis.99.num.22.* Caveat ergo Advocatus, ne 4
judicis animum coloribus falsisque allegationibus pervertat. Christin. *dec. 100. num. 2.* ne illud Augustini, *ad Macedonium*, contra Advocatos, audire cogatur. *Justius redde, quod accepisti quando contra veritatem stetisti, iniquitati adfuisti, judicem fefellisti, justam causam oppressisti.*

Meritò, ait *Nicol. de Proc. Judic. c.6.* Summè 5
improbanda est pravissima ista consuetudo quorumdam Advocatorum, qui datâ operâ factum sinistrè recensent, illudque malitiosè invertunt, contra notorietatem audacter negant, vel adserunt, *falsisq; allegationibus* utuntur. Et his aliisque nobili ingenio, & Christiano Advocato planè indignissimis cautelis *Judicem in suam pertrahere sententiam*, adversæ Parti sub specie recti victoriam extor-

 tor-

torquere, ac per fas & nefas (aus allen beyden Faß) vincere, omni opere annituntur, eoque modo vincentes, quasi re benè gestâ magnam exindè laudem se promeruisse putant, illos sanè publico odio persequendos; & severâ animadversione coercendos esse, nemo facilè negabit.

CONCLUSIO XXI.

Peccat Advocatus, qui nimiâ verbositate ac ineptâ prolixitate, jura clientis sui proponit.

SUMMARIA.

1. *Advocati jura partium prolixè proponentes litem solummodo protrahunt aures, & oculos judicis offendunt.*
2. *Recessus vel producta interdum in integra volumina excresunt.*
3. *Querela de ejusm. prolixitate autoris Sciagraph. process. jud.*
4. *Advocati merita caussæ succinctè, breviter, & nervosè proponere debent.*
5. *Secus facientes pœnam arbitrariam incurrunt, quàm Ordin. Electoral. Saxon dictitat.*
6. *Judex ex officio advocato verboso interdicere potest.*

I.

1 DElectantur Advocati quidam clientulorum suorũ jura prolixissimè proponere, tæ-

tædiosis repetitionibus chartas implere, laborem hinc venditare majorem, pinguiusque honorarium exigere, vel multis quandoque etiam parum ad rem facientibus allegatis jurium, *eruditionem suam ostendere*, undè non modò ipsamet lis protrahitur, & expensæ cumulantur, sed etiam aures & oculi Judicis offenduntur, animusque non parum defatigatur. Carpz. *de Proc. Sax. Tit. 5. art. 7. n. 30. & seq. & P. 1. Const. 1. def. 4.* Nathen. *de Justit. vulner. P. 2. Tit. 3. c. 5. n. 3.* Besold. *Thes. Pract. verb. Advocaten.* Reperiuntur non raro scripta, loco 2
Recessuum vel Productorum in integra volumina, quæ ex foliis plus quã sexcentis constat, redacta. Et hoc quidem tàm in superioribus, quàm inferioribus Judiciis. Es kan zum öfftern kein Bothe die Acta tragen/ sondern haben darbey zum Fortbringen/ wohl eines Schubkärners nöthig. Auctor 3
Sciagraphiæ Proc. judic. art. 66. lit. ppp. qui *Tit. 22. lit. C.* valdè de ejusmodi perniciosa prolixitate conquerens ait: Proh dolor! Clientes in refutatione contrariorum, in quibus diutius, quàm par est, desudarunt, magnos sumtus in concipiendis & describendis tàm amplis scriptis impendere coguntur. Quæ tamen nihil, nisi tædium judici creant, ideò quod permulta impertinentia jura ac vulgares (sæpè dupondiis notissimas) regulas Juris justitiã tentate maluerint. His Advocatis per Præconem præstaret acclamari: *Venite ad factum, curia satis intelligit jura.* Ab

4 Ab hoc autem vitio abstinere debent Advocati, non sibi inani ac pomposa verbositate placere, sed merita causæ succinctè, breviter ac nervosè adducere, nisi quandoque mulctam arbitrariam sustinere velint, quam Ordinatio Electoralis Saxon. eis dictitat Vi-
5 de Edictum Elect. *de anno 1605.* à Carpzovio *cit. loc.* adductum: cujus verba hæc sunt: Demnach die Advocaten bißhero öfftere gantz undienliche/ weitläufftige/ grosse Gesetze allein zu ihrem selbst Nutzen/ und Verwirrung der Partheyen und Sachen einbracht/ durch welche Unsere verordnete Præsident- und Appellation-Räthe mit lesen nur verdrießlich aufgehalten werden/ so sollen hinführo bemeldte Advocaten die merita causæ förmlich/ kurtz und richtig/ ohne unnütze Geschwätz setzen/
6 und einbringen. Ex officio Judicem Advocato verboso interdicere posse, ait Besoldus *Thes. pract. verb.* Advocaten.

Conclusio XXII.

Peccat Advocatus, qui non erubescit ea negare, quæ Cliens ipse semel confessus est, vel clientem ipsum ad negandum instruit.

SUMMARIA.

1. *Temere & impudenter advocati negant ea quæ l. prim-*

principales confessi fuerunt l. in Actis notata reperiuntur.
2. *Malè quoque instruunt clientulos ad dicend. negandum &c. quod verum non est.*
3. *Querela Mengeringii de hoc.*
4. *Malitia hæc Advocatorum est Diabolica.*
5. *Quæ pœnam meretur arbitrariam.*
6. *Cautio Ordinationis Saxo-Gothanæ.*
7. *Quæ repetitur alibi.*
8. *Caveant Advocati piper negare nigrum, ne eos in agone mortis nimis sero pœniteat.*
9. *Nec clientes instruant ad tacendam veritatem.*
10. *Autoritas Ploti tr. de in lit. jur.*
11. *Alia Autoris* deß Bedenckens was von dem Mißbrauch der Rechts-Processen dieser Zeit zu halten.

I.

DEtestanda maximopere Advocatorũ temeritas impudenter negantium ea, quæ vel antea ipsimet Principales confessi fuerunt, vel in Actis & Protocollis notata repe- 1
riuntur. Omnia namque moliuntur lucri 2
cupiditate adlecti, ut litem vincant per fas & nefas, per vera & falsa. Modò instruunt ad aliquid dicendum, respondendum, negandum, vel fatendum, quod verum non est; Modo ipsimet negant ea, quæ propriâ partium confessione semel probata sunt. Paris de Puteo *de Syndicat. tit. de Excess. Advocat. vers.* 3
Advocati. n. 2. Wann die Advocaten offt für den Gerichten und im Nahmen ihrer Clien-

Clienten erzehlen und vorbringen / so der Warheit nicht gemäß / und darüber stehen / starren / und es betheuren / es sey also / und sind doch nicht darbey gewesen. Oder wann sie ihren Clienten unter den Fuß geben / wie sie sollen leugnen / die Umstände verhehlen / verkehren / fälschen / und also die Gegenpart mit Unwarheit und falschen Bericht beschweren. Mengering. *Scrutin. Conscient. c. 20. tit. 10.* Malitiam
4 hanc Advocatorum Diabolicam dicit Carpzovius *Lib. 3. Resp. Elect. Tit. 1. Resp. 5. num. 40.*
5 *& P. 1. Const. 1. def. 20. n. 4.* quæ pœnam meretur arbitrariam, cum in falsi crimen incidat. *L. 1. ubi Gl. de Falsis.* Puteo. *d. vers. num. 8. & 9.*
6 Carpz. *de Process. Tit. 5. art. 7. n. 151.* In Ordinat. Saxo-Gothanâ *Part. 2. C. 1. tit. 8.* optimè cavetur, daß der Advocat nicht mehr vorbringen soll / als waß ihm sein Client gleichsam in den Mund legen werde / nicht aber ihme andere unbegründete facta, oder wie sie etwan ein und der andere / sonderlich in peinlichen Sachen / verneinen / oder verkehrter Weise vorbringen solle / an Hand
7 geben. Idem repetitur in Fürstl. Sächsischen Ausschreiben / *de anno 1657.* wie es mit
8 Vereydung der Advocaten zu halten. Caveant ergò Advocati, negare piper nigrum, & aliquando id album asserere, ut loquitur Paris de Puteo. *d. Tract. n. 22.* ne eos in agone mortis veritatem corrupisse nimis serò pœni-

niteat. Caveant etiam, ne eos instruant ad 9
tacendam veritatem, non leviter enim peccant. Delrio *lib. 5. Disquis. Mag. q. 38.* Scaccia. *de Commerc. & Camb. §. 1. q. 7. part. 2. ampl. 19. num. 100. & seqq.* Plotus *Tr. de in Lit. jurand. §.* 10
36. num. 2. & 3. ubi ait, quod aliqui Advocati clientulos ad negandum instruant, dicendo; *Si illas fateris, perdis causam*, non tamen dicunt, *Si eas negabis, perdis animam*, quos ob talem instructionem ad damna teneri probat. Add. Auctor des Bedenckens was von 11
dem Mißbrauch der Rechts-Processen dieser Zeit zu halten/ *cap 2. §. 16. ubi ait:* Die Processe werden oft geführet mit leugnen/ und die bösen Advocaten selbst binden den Leuten ein/ sie sollen die That leugnen weil sie können: das ist beydes von Advocaten und Clienten eine unverantwortliche Sünde. Ach! was hilffts euch doch/ ihr Advocaten die ihr solches thut/ daß ihr die Leute so verführet? Ists nicht genug/ wann ihr selbsten sündigt/ daß ihr auch andere müsset sündigen machen? Es ist euch nur darum zu thun/ daß ihr etwan die Sache ein wenig verlängert/ und ein paar Thaler mehr verdienet. O wehe euch mit solchen Verdienst/ damit ihr einen ungnädigen Gott/ ein böses Gewissen/ und vor der Welt ein Verflucht Gedächtniß verdienet!

CONCLUSIO XXIII.

Peccat Advocatus, qui donis ac muneribus Judicis animum & integritatem expugnare tentat.

SUMMARIA.

1. *Δωροφαγία hodie multa judicia corrupit.*
2. *Eam S. Scriptura passim severè detestatur.*
3. *Judicem muneribus expugnare tentantes Advocati peccant.*
4. *Non licet judici vendere justum judicium.*
5. *Qui bonum habet causam & sibi injuriam facit & judici Munus si offerat.*
6. *Hac ratione judex adsuescit muneribus ut tandem in causis minus justis abduci se sinat à recto.*
7. *Qui in mala Causa judicem corrumpit tripliciter peccat.*
8. *Autoritas Christianei de hoc.*

I.

1 Detestanda δωροφαγία corruptissimo hoc seculo sanctissima judicia multis in locis corrupit ac pervertit, quod sanguineis lacry-
2 mis deplorandum. Quàm grave peccatum Judicum δωροληψία sit, Scriptura divina verbis severissimis passim docet. *Vid. Esa. 1. 23. Exod. 23. 8. Deut. 16. 19. cap. 22. 25. Mich. 3. 11.*

Nec

Nec leve peccatum eſt, ſi vel litigantes, vel 3
ipſorum Advocati Judicis integritatem muerib. expugnare conantur. *Non licet*, ait Auguſtinus, *in can. Licet. XI. q. 3. judici vendere* 4
juſtum judiciū, etſi liceat Advocato vendere juſtum patrocinium & JCto rectum conſilium. *Qui bo-* 5
nam habet cauſam, & *ſibi injuriam facit*, & Judici, ſi munus offerat. *Sibi; quia videtur ſua cauſa diffidere, Judici, quia eum exiſtimat talem, qui ne quidem* in bona *cauſa ex æquo ſit pronunciaturus*, niſi *pretio redemtus.* *Deniq; hac ratione* 6
facit, ut Judices adſuéſcentes muneribus *in cauſa alioquin juſtâ*, tandem *etiam in minus juſtis* abduci ſe ſinant *à recto.* D. Ziegler *Diaſtic.* 7
concl. 20. §. 16. ubi addit, eum qui in malâ causâ judicem corrupti, triplici nomine peccare, & in ſe ipſum, quod talem cauſam foveat, ſibique in injuſtitiâ blandiatur, & in judicem, quod éum in partes trahat, & corrumpat, & denique in adverſarium, quod eum ſuccumbere & condemnari faciat. Unde 8
rectè Chriſtinæus *Deciſ. Cur. Belg. Lib. 2. tit. 1. deciſ. 100. n. 2.* ait: Advocatum Judicis animum muneribus expugnare conantem, *contra viri boni officium* peccare.

CON-

CONCLUSIO XXIV.

Peccat Advocatus, qui ſceleratiſſi-mos homicidas, ac famoſos Latrones defendit.

SUMMARIA.

1. *Defenſio rei laudabilis alias & permiſſa non de-bet lædere pietatem & juſtitiam.*
2. *Quod fit quando Advocatus ſceleratiſſimos ho-micidas & famoſos latrones defendit.*
3. *Sed hoc modo tam famæ, quàm animæ peſſim[e] conſulit.*
4. *Judices non debent admittere patrocinium pr[o] inſignibus furibus & latronibus publicis.*
5. *Sentencia Mengeringii de hoc.*
6. *Advocati qui ſuis juriſticis ſophiſticationib[us] juſtam homicidæ pœnam eludunt ſunt pollu-tores terræ,* Landſchänder/ *porro ex Menge-ringio.*

I.

1 QUamvis pium ac laudabile dicat Guttie-rez. *lib. 2. Qu. pract. 27. n. ult.* reum delin-quentem defendere. & Ordinatio criminali[s] Carolina, *art 88. pr.* ut & ordin. Polit. Saxon *de anno 1612.* tit. Von Juſtitz-Weſen/ id per-mittant, defenſio tamen ita inſtituenda, n[e] pietas & Sancta juſtitia violetur, quod fit [ſi]
2 Advocatus variis technis & cautelis labore[t]

ut dolosi homicidæ aut famosi latrones pœnas Legû effugiant. Prorsus detestabile peccatum est, quo Advocatus tàm conscientiæ, quàm famæ ac honori suo pessimè consulit. 3
Nec judices debere pati aliquem advocare pro insignibus furibus & latronibus publicis, tradit Paris de Puteo *tr. de Syndicat. rubr. de Advoc. exec. n. 13.* quem refert D. Struv. *ad ff. tit. de Postul. thes. 8.* D. Mengering. *Scrutin. Conscient cap. 9. quæst. 101.* ubi ita scribit: Advocaten fragen sich/ ob sie in criminalibus muthwillige Todtschläger / und frevelende Menschen-Blutstürtzer zu vertreten und zu verfechten sich unterfangen und vorgenommen/ der Justiz sich opponirt, und die Blut-Rache mit ihren Ausflüchten / und Juristen-Fündlein hintertrieben / aufgeschoben/ verhindert und abgewendet. Welche Criminales und Criminalium procuratores sündigen schrecklich wider Gottes fünffte Gebot/ und Gewissen/ den nicht alleine Menschen-Würger und Todtschläger an sich selbsten Gottes Urtheil und Sententz wider sich haben. Gen 9. v. 6. sondern es hält auch Gott der HErr solche Todtschlagfreunde/ und Blut-Stürtzer Patronen für Landesschänder. Vid. Num. 35. v 33. & conf. 1. Reg. 20. v. 42. ubi cogitandum annon etiam illi Advocati, qui suis Juristicis seu Jurgisticis Sophisticationibus justam homicidæ pœnam & supplicitum 4 5 6

eludunt, sint pollutores terræ, rechte Land-schänder: Quia ipsi Domino innocentis sanguinis effusi severissimo vindici in os contradicunt ejusmodi rabulæ. Das mögen sie wohl bedencken / und ihrer armen Seel und Gewissen schonen / sintemal GOtt gemeiniglich durch unselige Fälle / Verarmung / und ander grosses Hertzeleid sol che Blut- und Mord- Advocaten Sünd und Händel zu rächen / und zu straffen pfleget / deßgleichen Schadens zu geschweigen / wo sie vor solchen bösen pra cticken nicht von Hertze Busse thun. Hæ Theologus ille.

CONCLUSIO XXV.

Peccat Advocatus, qui notorios Criminum reos defendere audet.

SUMMARIA.

1. *Interest Reipubl. ut delicta manifesta puniantu nec defensiones admittantur.*
2. *Judex denegare potest defensiones & copias ju diciorum in delicto notorio.*
3. *Item si reus exceptiones prorsus frivolas & con tra jura manifesta opponat.*
4. *Advocatus notoriè criminosos defendens grav ter peccat.*
5. *In scelere præstare patrocinium legibus & ipsi n turæ est contrarium.*

I. In

I.

INtereſt Reip. ut malum de medio tollatur, 1
ac delicta manifeſta, notoria ac indubitata, öffentliche/ und unzweiffentliche Miſſethaten. *Ordin. Crim. art. 16.* ociùs puniantur, nec defenſiones & Advocati admittantur. Cothm. *vol. 3. reſp. 30. num. 242. & ſeq.* ubi et- 2
iam ait: Judicem denegare poſſe defenſiones & copias indiciorum in delicto notorio, vel quando ex Actis, vel rei confeſſione (purâ, abſolutâ, non extortâ nec erroneâ) conſtat, ac certum eſt, nullam ei competere defenſionem & excuſationem Oldekop. *Obſerv. Crim. in tit. 1. obſ. 10. n. 13.* Vid. Idem *Tit. 2. obſ.* 3
4. Idem dicendum ſi reus exceptiones prorſus frivolas, abſurdas, & contra jura manifeſta opponat. Ut ſi quiſpiam latro eſt, captus, latrocinii crimen quidem non negans, ſed prætendens, latrocinia exercere eſſe licitum: vel ſi venefica fatetur quidem Magiæ crimen, ſed ſe defendere ſatagit, artem eſſe liberalem, vel ſe à Sathana deceptam. Oldekop. *l. obſ. 10. n. 11.*

II.

Quisquis ergo Advocatus notoriè crimi-
noſos ut innocentes defendit, is contra con- 4
ſcientiam graviter peccat, ac divinæ & humanæ, temporali atque æternæ vindictæ ſeſe ſubjicit. Sünde iſt es/ wenn Advocaten erkäntlich böſe Händel coloriren/ und wider Wiſſen und Gewiſſen unterſtehen gut

zu machen/ uñ alſo dem Rechte eine wächſerne Naſe aufdrehen/ das edle Corpus Juris per accidens zu einem Brieff machen/ nach welchem/ wie dort bey dem Propheten Zacharia ſtehet/ alle Diebe from geſprochen werden/ damit gegen die Ubertreter gebührende Straffe nicht möge vorgenom-
5 men werden. Auctor Judic. Theol. *ſuper Conſ. Spen. p. 186.* In ſcelere præſtare patrocinium, legibus eſt & ipſi naturæ contrarium *l. per omnes. C. de Defenſ. Civ.* & culpam deprehenſam pertinaciter tueri, altera eſt culpa, ut Tabius inquit. Mager. *de Advocatiâ armatâ. cap. 15. num. 149.*

CONCLUSIO XXVI.

Peccat Advocatus, qui innocentiæ Rei defenſionem in ſe ſuſcipiens, captandi majoris lucri gratiâ, per inanes ſubtilitates cauſam protrahit.

SUMMARIA.

1. *Deteſtanda Advocatorum malitia qui proceſſum inquiſitorium confundentes vel protrahentes immoderata honoraria à reis extorquent.*
2. *Quales Advocati Diaboli ſunt mancipia.*
3. *Nec non qui propter majus pretium deductiones innocentiæ in infinitum fere extendunt.*

4. *Pr*

4. *Probi Advocati à tali malitia ac stultitia abstinent.*

5. *De Advocatis nimia sua subtilitate causas involventibus & protrahentibus querela Nathen. de justit. vulner.*

I.

Deteſtanda eſt Advocatorum malitia, qui non tàm Reos defendunt, quàm proceſſum inquiſitorium confundentes, vel protrahentes, immoderata honoraria ab eis extorquent, nec alio fine laborant, quàm ut marſupium impleant. Carpz. *Prax. Crim. P. 3. qu. 115. num. 94.* absque conſpicillis, ut vulgo dicitur, ſcripturas non videntes. Magon. *de rectâ patrocin. mu. cap. 8. num. 23.* Quales Ad- 1
vocati ipſius Diaboli ſunt mancipia, qui lites alunt, ut ſua farciant marſupia, & litigaturientes denudent. Parthen. Litig. *lib. 2. cap. 7. num. 30.* Idque ut adſequantur, majusque 2
pretium lucrentur in deductione innocentiæ farraginem allegatorum hinc indè colligunt, & ſcripta ſua in infinitum ferè extendunt, id pro magiſterio venditantes. Es ſey 3
ein Meiſterſtück. Auctor diſc. von Juſtitien 4
Weſen/ p. 93. Carpzov. *d. l. n. 96.* ubi num. ſeq. addit: probos Advocatos à tali malitiâ ac ſtultitiâ abſtinere debere, quæ tantò magis deteſtanda, ſi reos ad negandum alliciant, defenſionem promittentes, & veritatem ſubvertentes, quod veriſſimè Diabolicum &

5 graviore pœnâ dignum. De Advocatis, qui nimiâ suâ subtilitate causas involvunt, & protrahunt, Vid Nathen. *de Justit. vulner. P. 2. Tit. 3. c. 5. n. 8.* ubi ait: quædam inutilia & inefficacia ipsa subtilitas reddit, tale est multorum ingenium, quod solâ subtilitate lasciviens nulla in se residet gravitate; si decretum fertur, illud protinus evertere studet, aut revocari petit, seu sine morâ appellat, lites litibus nectit, & causas per Appellationes in infinitum protrahit. Hic est, de quo verificatur ille versus:

> Atque per ambages seriem deducere rerum.

CONCLUSIO XXVII.

Peccat Advocatus, qui in litis progressu causæ injustitiam deprehendens, eam non deserit.

SUMMARIA.

1. *Advocatus causam in progressu litis injustam deprehendens deserat.*
2. *Licet juramento ad finem usq; operam suam se præstiturum promiserit.*
3. *Juramentum non debet esse vinculum iniquitatis.*
4. *Cautio de hoc Ordinationis processf. Saxon. Gothan.*

5. Ob

5. *Ob ſpem lucri id negligentes conſcientiam ſuam lædunt.*
6. *In omnibus potior juſtitiæ quam pecuniæ ratio, conſcientiæ, quàm crumenæ cura habenda.*
7. *Autoritas Baldi de hoc.*
8. *Item Chaſſanæi & aliorum.*

I.

Clientis cauſam, quam ſtatim initio injuſtam ſcit Advocatus, ſuſcipiat minimè. 1
Quod ſi vero eam in progreſſu litis injuſtam deprehenderit, deſerat. *l. 14. §. 1. C. de Judic.* Ameſius *de Conſcient. lib. 5. caſ. 54. n. 40. & ſeq.* Magon. *de rectâ patroc. rat. c. 42. num. 15.* Berlich. *P. 1. concl. 9. num. 37. ſeq.* Oldekop. *obſer.* 2
Crimin. Tit. 1. obſ. 10. etiamſi juramento ſe ad finem litis usque operam præſtiturum promiſerit. Juramentum enim non debet eſſe 3
vinculum iniquitatis. *c. 28 de Jurejur.* Treutl. *D. 8. th. 3. liter. A.* Scotan. *ad π. D. 17. th. 9.* quem refert D. Struv. *ad π. tit. de Poſtuland. theſ. 5.* Undè in Ordinat. Proceſſ. Gothan. 4
P. 2. c. 1. tit. 8. optimè cavetur, daß iedweder Advocat, da er in proceſſu cauſæ die Sache falſch und unrecht befinden würde/ ſolche fallen laſſen ſolle. Qui vero ob ſpem lucri 5
id negligit, quod hodie plurimi faciunt, is conſcientiam ſuam lædit, ac maledictum in ſe ſuosque provocat. Omnino in omnibus 6
potior juſtitiæ, quam pecuniæ ratio, majorque cura conſcientiæ ac bonæ famæ, quam cru-

7 crumenæ habenda. Quandocumque videt Advocatus se læsam habere conscientiam ex litis improbitate, à patrocinio desistere debet, ut Baldus notat in d. l *rem non novam.14.* *§. 1. C. de Judic.* Specul. *in Tit. de Salar. Advoc.* *n. 1.* Mager *de Advocat. armatâ. cap. 15. n. 148.*
8 Imò Advocati in conscientiâ obligati sunt, non amplius causâ injustâ repertâ, Advocatum agere, atque ita variare licitum, per notata à Chassanæo *in Consuetud. Burg rub. 4. de droicts. & appert. §. 23.* Nathen. *de Justit. vulner.* *P. 2. Tit. 3. cap. 5. num. 8.* add. Nicol. *de Processs. judic. cap. 6.*

CONCLUSIO XXVIII.

Peccat Advocatus, qui in medio litis clientis sui patrocinium sine sufficienti causa deserit.

SUMMARIA.

1. *Quidam non satis pragnanti ratione moti causæ patrocinium deserunt.*
2. *Advocatus non potest in medio litis causam deserere.*
3. *Alias ad interesse tenetur.*
4. *Ejusmodi enim litis desertio cum damno clientis est conjuncta.*
5. *Asserti hujus ratio.*
6. *Advocatus sine causa clientem deserens variè se prostituit.*

7. Et

7. *Et videtur colludere.*
8. *Qui non tantum falsi sed pluribus pœnis tenetur.*

I.

SUnt qui vel tædio causæ, vel clientuli paupertate, vel alia non satis prægnanti ratione moti, causæ susceptæ patrocinium deserunt. Id autem minimè probandum. Advocatus enim non potest in medio litis causam & clientis patrocinium deserere, secundum Angel. de Aretin. *in §. præterea. n. 2. J. de L. Aquil* ibidem ait, eundem teneri ad interesse, quem sequitur Franc. Marci. *decis. 464. n. 3. vol 1.* Cùm manifesto namque damno Clientis ejusmodi litis desertio conjuncta est. Clientibus enim non tantum priori Advocato de stipendio satisfacere cogitur, si Acta ab eo impetrare vult, verùm etiam multum temporis sæpè perditur, antequam novus causæ patronus se ex Actis informaverit. Sanè Advocatus, qui sine justâ causâ clientem deserit, eo ipso apertè docet, ipsum non amore justitiæ, sed pecuniæ, non Dei & proximi, sed proprii commodi intuitu, operam patrocinii sui præstitisse Sed hoc turpissimum. Et communiter tales deserentes eorum Clientis causam videntur colludere, qui non tantùm pœnâ falsi, sed pluribus pœnis tenentur. Paris de Puteo. *tr. de Syndicat. Tit. de Expens. Advocat.* Christinæus *decis. Cur. Belg. Lib. 2. Tit. 11. def. 103. n. 4.*

(Marginal numbers: 1 at line 1; 2 at "Advocatus"; 3 at "in §. præterea"; 4 at "damno"; 5 at "priori"; 6 at "sine justâ causâ"; 7 at "Sed hoc"; 8 at "deserentes".)

CONCLUSIO XXIX.

Peccat Advocatus, qui visis Clientis sui juribus parti adversæ patrocinatur.

SUMMARIA.

1. *Advocati debent plena fide clientes suos defendere.*
2. *Advocatus unius partis patrocinio recepto alteri adversæ parti patrocinans incurrit crimen prævaricationis.*
3. *Advocatus jura Clientis sui adversæ parti pandens falsum committit.*
4. *Licet Adversarii causam justiorem putet.*
5. *A prævaricatione tanquam ab igne abstinere debet Advocatus.*
6. *Clientis causam prodere simile latrocinio habetur.*
7. *Advocatus in prima instantia Actori Patrocinium præstans, in secunda Reo patrocinari & vice versa non debet.*
8. *Hujus asserta ratio.*
9. *Peccat Advocatus, qui Clientem malitiosè deserit. & prodita causa ex parte Actoris in partem rei transit, &c.*
10. *Et punitur infamia ac exclusione ab Advocati munere vel alia pœna arbitraria.*
11. *De qua inordinat. crim. cap. 115. cautum.*

I. Ad-

I.

ADvocati tenentur plena fide Clientes suos defendere & audire, alias perfidi dicuntur, secundum Gloss. in Can. irreligiosum 87. dist. Quicunque ergo. 1
Advocatus qui semel unius partis patrocinio recepto visis ejus juribus actis ac fundamentis alteri adversæ parti patrocinatur, de jure civili in crimen prævaricationis incurrit, *l. 1. de prævaricat. l. 1. in fin. de calumn. l. 3. de crim. stellion.* 2
Insuper, si jura Clientis adversæ parti panderit, falsum committit *l. 2.* Si quis *2. §.* instrumenta, ubi Bart. & Jas. *C. de legib.* Menoch. A. J. Q. *L. 2. cent. 4. c. 323. num. 3.* Gutierrez. *L. 1. pract. quæst. 30. num. 1.* Farinac. *in prax. Crim. tit. de prævar. q. 4.* Speckhan. *cent. 2. class. 4. q. 41.* 3
Licet adversarii causam justiorem computet, & Clienti suo solarium restituere velit. Richter. *p. 2. decis. 85. n. 1. 2. & 4.* 4
Variare enim non licet Advocato, & modò illam partem suo patrocinio vel consilio juvare, sed ab hâc variatione, vel prævaricatione, tanquam ab igne abstinendum, monet Angelus *in l. Labio de servit. rust. præd.* Heig. *P. 2. q. 4. n. 15.* 5
Clientis enim causam prodere simile latrocinio habetur. Schneider. *de Proc. jur. prov.* Struv. *tit. 8. n. 30.* 6
Nec permittendum Advocato, qui in prima instantia actori præstitit patrocinium, ut Reo patrocinetur in secundâ instantiâ & vice versa. Græven. *in proœm. Concl. pract. n. 41.* nec in executione. 7

Fa-

8 Farinac. *Pract. crim. lib. 1. tit. 1. q. 4. n. 15.* Vix enim Advocatus ex Actis & juribus Actoris informatus ipsi magis obesse poterit, quàm contra executionem opponendo exceptiones à parte Rei, quibus totam causam multis vigilibus ac sumtibus partam Catilineo negotio eludere valet, ut certè tantò graviori pœna dignus judicetur ejusmodi Rabula, in isto executionis actu Deserens suum Clientulum telaq; adversæ parti subministrans. Carpz. *lib. 3. Respons. Elect. 3. n. 18.*

II.

9 Cum ergo secreta unius partis alteri revelare ex præcepto Dei omnibus prohibitum sit Carpz. *d. Resp. n. 1.* Peccat sane Advocatus, qui Clientem malitiosè deserit, & proditâ causâ ex parte Actoris in partem Rei transit, vel clam utrique parti patrocinatur, aut secretam intelligentiam ein heimlichen Verstand cum parte adversa habet quos utrâque maxillâ comedentes vocant Mengering. *Scrutin. consc. cap. 11. quæst. 116.* ubi ait, Advocaten fragen sich/ ob sie die Sachen uñ Sätze dem Widerpart zum besten verkehren und corrumpiren helffen/ mit dem Gegentheil colludiret/ uñ unter dem Hütlein gespielet/ welcher Schelmerey gibt es viel in der Welt/ daß manche Advocaten also bestochen/ und mit der Argenthi pâ Demosthenis behencket worden. Welcherley Ungerechtigkeit und Büberey den

s

so merklich und greiflich / daß es keines Ausführens bedarff. Vid. Exod. 23. vers. 8. Devt. 27. 27. Psal. 62. 9. 10. Prov. 17. 23. Esa. 5. 23. Qui Secretò vel publicè parti adversæ favet, peccat. Navarr. *in manual. cap. 25.* Magon. *de rect. patroc. mt. c. 23. num. 7.* Tales Advocati de jure civili graviter puniuntur, infamiam enim incurrunt, ab Advocati munere repelluntur, Clienti ad damna & interesse tenentur, & pœnâ arbitrariâ mulctantur. Menoch. d. l. n. 9. Christinæus *decis. cur. bell. lib. 2. tit. decis. 113.* Speckh. *d. q.* Magon. *d. l. n. 10.* Carpz. *d. l. vid. ordin. crim. c. 115.* ubi ita cavetur So ein Procurator fürsätzlicher gefährlicher Weise seiner Parthey in Bürgerlichen und peinlichen Sachen zu Nachtheil und dem Widertheil zu gute handelte / und solcher Ubelthat überwunden würde / der soll zuförderst seinem Theil nach allen Vermögen seinen Schaden / so er solcher Sachen halber empfähet / widerlegen / und darzu am Pranger und Halßeisen gestellet / mit Ruthen ausgehauen / des Landes verbothen / oder sonst nach Gelegenheit der Mißhandlung in andere Wege gestrafft werden.

CONCLUSIO XXX.

Peccat Advocatus, qui ſuperfluas dilationes petendo, proceſſum protelare ſtudet.

SUMMARIA.

1. *Lites abbreviari publicè intereſt.*
2. *Hujus ratio.*
3. *Tolerabiliorem patibuli pœnam quam laxiorem proceſſus judiciarii tractum reputat Niſſenus Theolog. Hiſpan. bujusq; rationem.*
4. *Lis protelatur petendis dilationibus.*
5. *Multi tamen Advocati lucri gratia fruſtratorias terminorum dilationes ſæpe petunt.*
6. *Imò quidam gloriantur ſibiq; de protelatione litis gratulantur.*
7. *Quod tamen non ſolum pernitioſum ſed etiam deteſtabile peccatum.*
8. *Propter enormia damna & pericula ex frivolis dilationibus enaſci ſolita.*
9. *De quibus Advocatus in Extremo Judicio rationem Deo reddere tenetur.*
10. *Monitum Autoris.*
11. *Verba ex Ala Cremonenſi de peccati hujus gravitate agnoſcenda.*
12. *Alia ex Arnoldi Mengeringii Scrutinio conſcientiæ, &c.*

I. Li-

I.

Lites abbreviari publicè intereſt. *l. 13. C. de Judic. l. fin. ff. pro Suo. l. 2. C. de Re Judic. l. 2, pr. de Aqua & aqu. pluv. arc. l. 10. C. de Transact.* Litium ſiquidem immortalitas maximum eſt reipubl. detrimentum, cujus ſtatus & potentia civium litibus diminuitur, odia & diſſenſiones oriuntur, omnia in maximas anguſtias reducuntur, præcipuè cum cives membra Reip. ſint, & ex eorum ruinâ non parum damni etiam Reip. accedat, ut hactenus Germania noſtra ſatis experta eſt. *Niſſenus*, Theologus Hiſpanus, tolerabiliorem reputat patibuli pœnam, quàm laxiorem proceſſus judiciarii tractum, intuitu lenti diuturni & intolerabilis cruciatus, quem durante lite litigans perferre cogitur. In controverſiis enim cauſarum corporales inimicitiæ oriuntur, fit amiſſio expenſarum, corpus quotidiè defatigatur, labor animi exercetur, multa & inhoneſta crimina indè conſequuntur, bona & utilia opera poſtponuntur, qui ſæpè credunt obtinere, frequenter ſuccumbunt, ac ſi obtineant, computatis expenſis & laboribus nihil acquirunt. Quæ incommoda non aliter ac pillulas devorare neceſſum eſt. Aycer. *P. 1. proc. judic. c. 3. obſ. 3. n. 4.*

1

2

3

II.

Protelari autem litem petendis dilationibus ita manifeſtum eſt, ut illud latius declarare volens, ligna in ſylvam ferre videatur, 4

ait Rutger Ruland. *de Commissar. & Commiss.*
5 *lib. 2. cap. 9. num. 6.* Id tamen minimè consi-
derantes Advocatorum nonnulli, qui cru-
menam ex prolixitate longioris processus
adimplere satagunt. Parthen. Litig. *lib. 1. c. 9.*
n. 26. frustratorias terminorum judicialium
dilationes sæpius petere non dubitant. Quin
imò eorum quidam se gloriantur, *quod lites*
per biennium, triennium, & ultra protelare sciant.
6 Hanc autem artem procuratoriam non tan-
tum rem esse in se perniciosam, sed etiam de-
7 testabilem, ex jam dictis patescit. Gravissi-
mum sanè peccatum committit Advocatus,
qui dilationem malitiosè, aut calumniosè
8 petens, litem protrahit. Enormia enim da-
mna ex mala, & pericula ex indebitis dilati-
onibus & justitiæ procrastinationibus enasci
solent, ita ut altera pars ob has sæpe depau-
peretur, aut mendicare vel maleficia patrare
cogatur, aut mœrore contabescat, & moria-
tur, liberique ipsius squaloribus & inediâ
9 pereant. De his omnibus Advocatus, qui
per frivolas dilationes ac procrastinationes
processus causam his malis præbuit in extre-
mo judicio rationem Deo justo judici stri-
10 ctam reddere tenetur. Monemus igitur
seriò, imò etiam atque etiam rogamus,
omnes, qui causarum patrocinium in
se suscipiunt, legant ac relegant sequentia
verba, quæ ex Alâ Cremonensi *Tract. de Ad-*
vocat. & Consid. Christian. quæst. 43. adducemus,
ac

at peccati gravitatem ex eo agnoſcant. Ita
autem ſcribit Auctor ille: Excutiant intelli-
gentiam ſuam ad hunc punctum temporis
Advocati & Cauſidici, ut intelligant, quâ ra-
tione ſine peccato debeant uti dilationibus,
quæ jure communi & municipali conce-
duntur in cauſis pertractandis. Sciant er-
gò has dilationes fuiſſe introductas, ut par-
tes poſſent proponere, & probare, quæ per-
tinere putant ad ſuam cauſſam rectè inſtru-
endam. Quamobrem ſi Advocatus & Cau-
ſidicus petierint dilationem ſuperfluam, hoc
eſt, *quando reverâ nihil probare volunt, aut poſ-
ſunt*, gravissimè peccant, ac tenētur ad reſti-
tutionem expenſarum, & damnorum, quæ
patitur Adverſarius ex Dilatione litis. Sylve-
ſter *in §. Advocatus. num. 16.* Sum. Aſtenſis *in
ver. Advocatus, col. 1.* Graffius *deciſ. aurear. lib
1. cap. 8. num. 8. part. prima.* Navar. *in Manual.
cap. 25. num. 28. verſic. quarto. peccat.* *Sum. Con-
feſſor. in Rubr. de Advoc. quæſt. 172.* Nat. in clem.
Sæpe in fine princip. de verb. ſignificat. Et
hoc eſt unum ex graviſſimis periculis in quo
aſſidue verſantur Cauſidici, qui, ut toties di-
xi, perficiunt proceſſus ſine Advocato, Albe-
*in l. 1. num. 2. verſic. Undecimum periculum. C. de
ſuffrag.* Caccialup. *in tract. de Advoc. quæſt. 4.* E
ab omnibus paſſim obſervatur, quinimo no-
cent etiam hac ratione proprio clienti, quen
judex propterea præſumit habere cauſam in-
juſtam, cum ſubterfugiat ſententiam, Abb. &

Anton de Butr. *in cap. nullus. de præsumpt.* Alberic. *in l. providendum. Cod. de postuland.* Quamobrem studiô divinæ gloriæ semper stomachor, atque indignor, cum audio hæc quotidiana peccata mortalia in quibus vivunt mali Causidici, denuncio absentiam, & tamen cliens non abest. Peto terminum ad informandum, & cliens non eget informatione. Postulo dilationem ordinariam viginti dierum, atque iterum postulo aliam loco dilationis habendæ abExcellentiss. Senatu,& sæpe ego observavi nihil eos habere in promptu, quod re vera probari possit. Quod si tot peccatis prætenderent stylum fori sciant eodem stylo fori, & lege Divinæ justitiæ, in æternos cruciatus se esse detrudendos. Nec in divino tribunali, aliæ dilationes sperari poterunt, posteaquam tota anteacta vita nihil aliud fuit nisi dilatio ad causam spiritualem benè præparandam. Qua occasione commemorare juvat exemplum adductum à S. Antonio ubi supra cap. prim. col. tertia. in fin. de quodam Advocato scelerato, qui hujusmodi frustatoriis dilationibus, animam suam multis peccatis cumulaverat, cum enim ageret in lecto extremas horas, & videret imminentem damnationem, clamabat, Inducias inducias, & sine induciis captus fuit miser in ignes sempiternos : sed & aliud genus occultæ malitiæ explicandum est, & monendus causidicus, ne dilationibus abutatur.

tur: si enim statutus fuerit terminus viginti dierum ad probandum, & possit spatio duorum, aut trium perficere perficienda, aut revera perfecerit, non tamen continuo probatur aut deferuntur processus ad Judicem, sed variis mendaciis producit negotium, etiam ultra tempus dilationis: non deberet ergo Causidicus Christianus his malis artibus retardare exitum judiciorum, quia *cessante causa dilationis cessat ipsa dilatio l. liberto. §. ult. ubi* Bart. & Alber. *ff. de annu. legat. l. à filia. §. alumno. & ibi* Doctor. Digest. ad Trebellian. & in leg. si quis ita heres scriptus. Digest. de acquir. hered. Tiraquel. *in tract. cessante causa. n. 76. cum multis seqq.* licet enim adhuc duraret tempus probatorium, posset tamen Judex probatis probandis, & productis producendis ad alteriora procedere, ut concludunt Doctores in locis supra citatis, sed illi Causidici, qui nihil faciunt, divina mandata, omnes suas cogitationes in eo defigunt, ut lites reddant immortales. Vid. Reichs-Hoffraths Ordn. *Tit. 7. §.* Weiters sollen. Torgauisch Ausschreiben. *de anno 1583. lit.* von Advocaten. §. Wann aber auch Colleg. Jur. Argentor. *tit. de postul. thes. 34.* Rosbach. *de process. tit. 18. n. 21.* Addimus verba D. Arnoldi Mergeringii. *Scrutin. Consc. cap. 11. qu. 114.* ubi ait: Juristen/ und Advocaten fragen sich/ ob sie ohnbefugter Ursachen/ die Sachen/ und Rechtshändel aufgeschoben/ und ver- 11

zögert/darmit nur der lis und Rechtstreit desto länger wehre/und hange/und ihnen desto mehr Geld trage/es begibt sich offt/ daß Juristen die Sachen vielfältig aufschieben/die Rechts-Tage/und Termine abschreiben/verlängern/ Frist und Zeit zur replic, inrotulation der Acten / und Endursachen procrastiniren / und aufhalten/ und die Partheyen in so grosse Unkosten einführen/ daß dieselbe mehr anlauffen/ als die Streit-Sache an ihn selbst halten thut. Immassen solches Innocentius *de vilit. cond. human.* fein anzeiget thut/ sagende: Sæpè causas tantum differunt, quod litigantibus plus quam totum auferant, quia major est expensarũ sumtus quam sententiæ fructus. Nec terminantur negotia pauperum cœpta, quousque eorum marsupia sunt evacuata &c.

13 Peccant etiam Advocati, quando de re leviculâ forte apices processus concernente inter se, cum protractione caussæ principalis, litigant, ac neuter alteri cedere vult, sed transmissionem Actorum, ac sententiam Collegii Juridici temerè urget, wil die Acten zum verhören Rechtens verschicket haben/ und darüber rechte Erkäntniß haben/ cum tamen absque damno ac præjudicio Clientis sui id amitti posset.

CONCLUSIO XXXI.

Peccat Advocatus, qui contra sentententiam latam frivolam Leuterationem vel appellationem interponit.

SUMMARIA.

1. *Per Leuterationes nimium protelelantur lites.*
2. *Per Leuterationes ad multas imo ultra novem instantias sæpe ascenditur, ut lites per multos annos durent.*
3. *Querela de hoc Imperatoris ad statuum Imperii.*
4. *Verba R.J. de ann. 1654.*
5. *Advocatus qui calumniæ aut litis differentiæ causa leuterationem vel appellationem interponit, peccat.*
6. *Ad evitandam hanc calumniam in quibusdam judiciis adinventum est malitiæ juramentum.*
7. *Querela Mengeringii de lites protrahendi studio Advocatorum.*
8. *Querela Selneceeri de eodem.*

I.

PEr Leuterationes nimium protelari lites, 1
ait Auctor Discurs. von Justitien-Werck. *p. 33. & num. 126.* & experientia ipsa id satis docet. Sæpiùs ego vidi, scribit Autor *Sciagraphiæ processus judiciarii. Tit. 24. lit. E.* quòd ab 2
unà, & quidem primâ sententiâ, ad *sex*, alibi,

ubi Ober. Leuterationes frequentantur, ad *novem* instantias fuerit adscensum. Wann eine iede instanz per triennii metã à jure Civ. *in l. 13. §. 1. C. de judiciis*, præfixam, abgelauffen/ so sind entweder 18. oder 27. Jahr da zu erfordert worden. Sed ego memini vel unam instantiam per decennium durasse, tribus vel quatuor Advocatis sæpè præmortuis. Und ist hoch zu beklagen/ daß fast kein Urtell/ es sey so klar/ wie es wolle/ publiciret werden kan/ daß nicht ein oder der
3 andere Theil es leutere Conqueruntur de ejusmodi libidine litigandi Imperator & Status Imperii in Receß. Imper Ratisbon. *de anno 1654.* §. und nach dem. 120. ibi: Nachdem
4 im Reich die libido litigandi dermassen biß anhero zugenommen/ daß bey den Unter-Richtern fast kein Urthel gefället/ von welche nicht appelliret werde/ so soll auch dargegen/ und wider solche temerè appellirende Theile die Straffe erhöhet/ und der frevelmühtige Advocatus causæ mit gebührender Straffe/ nach gestalt des Verbrechens/ und Muthwillens angesehen werden.

II.

5 Advocatum autem, qui calumniæ aut litis differendæ causa Leuterationem vel appellationem interponit, peccare in propatulo est. Unde etiam in quibusdam judiciis
6 adinventum est malitiæ juramentum, ut timo-

more Sacramenti contentiosa Advocatorum ac litigantium malitia coerceatur. *l. 1. C. de jureiur. propt. cal.* ibique Joh. Sichardus. *n. 9.* quamvis nonnulli, neglectâ Sacramenti religione, frivolis Leuterationibus vel appellationibus lites protrahere non vereantur. Men- 7
gering. *Scrutin. Consc. cap. 12. quæst. 107.* cujus verba hæc: Juristen fragen sich / ob sie beschwerliche und langwierige Processe denen Partheyen erwecket / und verursachet / und den Richter zu keinem End-Urtel kommen lassen / sondern mit allerhand tergiversiren / Leuteration und Oberleuteration auch einmal erkantes Recht corrumpiren / oder suspendiren wollen: Hierüber hat schon der liebe Prophet Habacuc zu seiner Zeit geklaget. *c. 1. v. 4.* Es gehet gar anders / denn Recht / und kan keine rechte Sache gewinnen. Dieser ist die Welt voll / sagt Lutherus, und heissen fromme Leuthe man darff sie auch nicht anders schelten. Summa / es kommen wenig guter Sachen unter die Juristen / oder Rechtsprecher / wie sie selbst fühlen / und bekennen / sie tragen auch nicht Geld / und müsten wohl Bettler seyn / die itzt gantz gülden und seiden sind / wo böse Sachen thäten in Recht. Die weitläufftigen / und fern gesuchten Rechte sind nur Beschwerung der Leute /
und mehr Hinderniß / denn Förderung der 8
Sachen / Ja / sprechen aber die silberne

Juristen: Recht kan man niemand versagen/und wer sich wil darinnen einlassen / dem soll und muß man es gestatten. Respondet D. Selneccer. im Psalm. Solche Rede an ihr selbst ist recht/ aber da ist die Frage/ was Recht sey? ob es sey der Zungendrescher Waschen / neue Process, Verdrehung/ Verlängerung und Lüste/ unzehlige Tücke und Betrug? oder ob es sey der Obrigkeit rechter Christlicher Beschluß juxta legem divinam & jus scriptum: Recht ist Recht / wenn mans Recht bleiben lässet/aber einiger Juristen Räncken/ und Geitz/ die oft schreiben / und reden/ das gar nicht zum Handel gehöret / und lassen die Sache gantz und gar an seinem Ort bleiben / suchen Umschweiffe / und bringen damit viel unnützliche Zeit zu/ sind Unrecht. Hæc Selneccer. Videant autem
9 tales Advocati, ne ipsis contingat, quod de quodam refert Döringius *tom. 1. Biblioth. Juriconf. verb. Advocatus, num. 778*: quòd instante horâ mortis, sine omni pœnitentiâ his verbis; *Appello Appello* in fata concesserit, cum tamen illic non esse Appellationi locum, constet.

CONCLUSIO XXXII.

Peccat Advocatus, qui debita liquida
8 & confessata, frivolè disputat, & eorum solutionem protrahit.

SUM-

SUMMARIA.

1. *Hodiè sæpe debita liquidissima vel negantur penitus, vel exceptionibus quamvis frivolis tempus solutionis in infinitum protrahitur.*
2. *De quo Owenus.*
3. *Advocatus debita liquida disputans graviter peccat.*
4. *Confirmatur autoritate Rebuffi.*
5. *Seneca.*
6. *Syracidis.*
7. *Lutheri & aliorum.*
8. *Ignominiosum est Advocato*, klare Brieff und Siegel zu durchlöchern.
9. *An Advocati præsumantur parum conscientiosi.*
10. *Negatur de omnibus, nam bonos adhuc reperiri nemo dubitat.*
11. *Propter malorum tamen exempla apud Plebem boni etiam sæpe male audiunt.*
12. *Rabulæ forenses Juris Consultorum ordini cui se immiscent non levem injuriam contumbunt.*

I.

ITa perditissimo hoc seculo est constitutum, 1
ut debita liquidissima sæpè vel negentur, penitus, vel debitores aliquas exceptiones, quantumvis frivolas in medium adducant, se satis obtinuisse rati, si distulerint tempora solutionis, eamque in infinitum protraxerint. 2 De his illud Poëtæ vere dici potest:

Quæ tua ſtultitia eſt, quod debes, non mi-
hi ſolvas;
Solvis Cauſidico, quæ tua ſtultitia eſt?
3 Advocatos autem, qui debita liquida diſputant, & ſolutionem judiciorum tricis protrahunt, in conſcientiâ graviter peccare, & ad reſtitutionem teneri, ait Stephan. Nathen. *de*
4 *Juſtit. Vulnerat. P. 2. Tit. 4. cap. 5. num. 3.* Et Advocatum *ſub pœnâ maledictionis æternæ* debitori dicere teneri, ut ſolvat, ſi ſciat eum debere, inquit Rebuffus. *in Conſtit. Regn. tr. de Mercat. qu. ult. n. 5. tom. 2.* apud Arnold. de Rey-
5 ger *Theſ. Pract. verb.* Advocatus. *n. 20.* Nam æquiſſima vox eſt, inquit Seneca, *Lib. 3. de Benef. c. 14.* & Jus Gent. præ ſe ferens: *Redde*
6 *quod debes.* Et Syracides, *cap. 29. v. 2. Redde iterum proximo in tempore ſuo.* Luth. das Anlehn gib wieder zur beſtimten Zeit. *Mutuabitur*
7 *peccator, & non ſolvet,* ait Pſalmiſta. *Pſalm. 37.*
8 *v. 21.* Luth. der Gottloſe borget / und bezahlet nicht. Caveat ergo Advocatus debita liquida diſputare, & ſumtuoſis proceſſuum tricis involvere, ſciens non eſſe glorioſum, ſed potius ignominioſum, manifeſtiſſima documenta in dubium vocare, klare Brieff und Siegel durchlöchern. Nolumus ſanè ſim-
9 pliciter admittere, quod Arnold. de Reyger. *Th. pract. verb. Advocatus. n. 12. ex Marſilio & P. Greg. Tholoſano* adfert, *quod Advocati præſu-*
10 *mantur parum conſcientiati*: Nam advocatos adhuc bonos reperiri quis dubitet? quis con-
tra-

trarium salvâ conscientiâ dicere poterit! Nathen. *de Justit. vulner. P. 2. tit. 2. cap. 7. num.* 11
10. accidit tamen apud plebem, *propter malorum exempla*, malè etiam bonos audi- 12
re. Rabilæ sanè forenses, qui lites malunt constituere, quam tollere, ut conqueritur Ludovic. Vives. *lib. ult. de caus. corrupt. discipl.* non sine maculâ JCtorum, quorum ordini se tales immiscent, non levem injuriam levitate suâ ei inserunt, ex quo suggillatio hæc originem traxit: Daß es mit einem Juristen nunmehro ist / gleich wie mit einem Apothecker mit seinem Kram / und einẽ Hauffen Theriacks-Krämer auf einer Dorff-Kirchmesse; Wenn der nicht / wie jene / von seinem Kram ein groß Geschrey machen kan / wird er damit verlachet. Die grossen Brillenweiser / und Schlangenfresser haben die beste Losung; Also achtet man auch zu unsern Zeiten die grossen Schwätzer / und unverschämte Streit-Köpffe / für die besten Juristen / bey welchen auch die alten Meister / aus welcher Bücher das Recht mehrentheils gezogen / schamroht werden müssen. Et rursus: Es pflegt auch gemeiniglich also zu gehen / wañ Oratorn vor Rechtsgelehrte gebrauchet / die grössesten Schwätzer und Streit-Köpffe für die besten Juristẽ gehalten werden. Solche Gesellen wissen das Recht zu drehen / wie man es haben

ben wil/ wissen böse Sachen zu verblümen/ und gut zu machen/ mögen kein gewisses Recht leiden/ ziehen alles fürsetzlich in Zweiffel/ disputiren allezeit/ seynd im Schliessen ungewiß; Es kan ihrer einer mehr verwirren/ als ihrer zehē schliessen mögen/ rühmen sich/ daß keine Verschreibung so starck/ dadurch sie nicht ein Loch machen könten/ welcher unbesonnenen Rede wegen sie billig in das engeste Loch/ so vorhanden/ damit sie kein anders machen möchten/ gesteckt würden. Hæc Auctor discurs. von Justitien-Wercken/ *pag. 841.* Egregium sanè encomium non piorum Advocatorum, sed Causidicorum ac Rabularum!

CONCLUSIO XXXIII.

Peccat Advocatus, qui Acta judicialia, aut literarum instrumenta delendo, radendo, mutilando, vel alio modo corrumpit.

SUMMARIA.

1. *Advocati quidam acta judicialia clandestine radunt vel alio modo corrumpunt.*
2. *Quæ temeritas in crimen & pœnam falsi incidit.*
3. *Ejusmodi corruptio præterquam quod peccatum sit in se partibus litigantibus altercandi materiam præbet.*
4. *Mandat. Elect. Saxon. de an. 1526.*

I. Ad-

I.

ADvocatorium nonnulli adeò temerarii 1
ſunt, ut non metuant, Acta judicialia,
Regiſtraturas, vel inſtrumenta, in iis locis,
quæ ipſis adverſa, & cauſæ clientis minimè
faventia videntur, clandeſtinè radere, delere,
mutilare, addendo aut detrahendo corrumpere. Hæc temeritas in crimen falſi incidit, 2
ejusque pœnam juſtiſſimè meretur. Non 3
tantùm enim in ſe peccatum eſt, veritatem
rei geſtæ corrumpere, ſed etiam ejusmodi
corrupti partibus litigantibus diſputandi &
alterandi materiam præbet. Vid. Mandat. E- 4
lect. Saxon. *de anno 1625. in Corporis Saxon. novi Appendice pag. 17.* ubi ſub pœna Advocatis injungitur, daß ſie ſich nicht weiters unterfangen / bey denen Copiſten es dahin zu richten / daß ſie die Tage uñ Stunde beym Verſetzen nicht / wie es in rei veritate geſchehen / ſondern ihres ſelbſt eigenen Gefallens regiſtriren müſſen / welches einem falso nicht ungleich / und ganz unverantwortlich / etc.

CONCLUSIO XXXIV.

Peccat Advocatus, qui Clienti ſvadet, ne pendente lite erga adverſarium ſuum ſigna Chriſtianæ benevolentia exhibeat.

SUM-

SUMMARIA.

1. *Quando injuriatus injuriantem amice salutavit, injuria præsumitur remissa.*
2. *Advocati non debent Clientibus suis disvadere, ne ulla benevolentiæ signa adversariis adhibeant.*
3. *Autoritas Balduini.*
4. *Ab officio Christiani hominis alienissimum est, quando litigantes ad S. Synaxin accedunt animo non conciliato.*
5. *Dedekenn Consil. Theolog. vol. 1. p. 2.*
6. *Mengering. Scrutin. Consc. cap. 9. q. 100.*
7. *Autor* des Bedenckens / was von dem Mißbrauch des Rechts-*Process* zu halten sey / *c. 2. §. 27.*

I.

1 QUanquam injuria præsumitur remissa, quando injuriatus injuriantem amicè
2 salutaverit, minimè tamen decet Advocatum Christianum, clienti suo disvadere, ne ulla benevolentiæ Christianæ signa erga adversarium exhibeat; Sathanæ enim ansa & occasio datur, hominem tentandi, ejusque cor irâ, odio, & accerbitate cum summo animæ periculo inflammandi. Undè rectè scribit
3 D. Balduinus, *cas. Consc. lib. 2. c. 12. cas. 4.* Minimè adprobare possumus, quod causarum patroni clientibus suis disuadent colloquiũ, aut conversationem similem cum adversario, eò quod leges prohibeant, & causæ bonita-

tati hujusmodi converſatio obſit. Unde fit, quod Litigantes ſæpe ſimul ad ſacram Synaxin accedant,&tamen neuter alterum adſpectu vel ſalute dignetur. Quo ſane nihil ab 4
officio Chriſtiani hominis alienius eſſe poteſt. Hujusmodi enim geſtus ſunt indicia non obſcura animi irati,&in proximum malè affecti. Chriſtus autem judicat, poſſe aliquem etiam geſtibus hujusmodi graviſſimis pœnis ſeſe obnoxium reddere. Vide etiam 5
Dedekenn. *Conſil. Theol. Vol. 1. P. 2.* D. Mengering. *Scrutin. Conſc. cap. 9. q. 100.* ubi ita ſcribit: Juriſten fragen ſich/ ob ſie gebilliget/ recht geſprochen und gut geheiſſen/ 6
daß Partheyen pendente lite, mit einander nicht reden/ grüſſen/ oder gegrüſſet dancken/ einander keine officia vel ſigna Chriſtianiſſimi & benevolentiæ debita erweiſen/ und bezeigen ſollen/ ſonſten ſie die Sache und prætenſionen auf einander verluſtig wären? Das läufft wider Gottes Wort/ und Chriſten Stand; ſintemahl hier nothwendig der Unterſchied zu machen inter judicium poli, und inter judicium ſoli, wie die Alten recht diſtingvirt haben/ und vergibt einer der Sachen vor der weltlichen Obrigkeit gar nicht/ wenn er ſich ſchon mit der Perſon vor Gott und der Welt verträgt: Sondern das heiſſet recht gerichtet/ wenn ihrer zweene ihre Händel dem Richter untergeben/ und laſſen über die

Sache judiciren/ sie aber unterdessen sind gute Freunde. Add. Auctor des Bedenckens/ was von dem Mißbrauch des Rechts-Processes dieser Zeit zu halten/ *cap. 2. §. 27.* ubi ita scribit: Daß die Kläger einander begegnend/ sich nicht grüssen noch dancken/ ist eine rechte thörichte Einbildung von den Advocaten/ daß sie die Leute bereden/ sie würden dadurch ihrer guten Sachen verlustig. Es müste ein toller Richter seyn/ der darnach wolte das Urtheil sprechen. Wann die Advocaten in vorigen Zeiten bey den Schuel-Lehrern in solcher Meynung gewesen/ und den Klägern das Grüssen und Dancken verboten/ ists so sehr nicht zu verwundern/ in Betrachtung dessen/ daß die Scholastici selbst dazumal zu solchen Wercken/ mit ihrer Lehre Anleitung gegeben/ wie davon in ihren commentis hin und wieder zu lesen. Aber von unsern itzigen Advocaten ists mehr denn zu viel. Ich hätte es fast nie geglaubet/ daß heutiges Tages/ bey so klarem Licht des Eangelii ein Advocat so alber und einfältig seyn solte/ wenn ichs nicht selbst erfahren von meinem guten Freunde/ dem sein Advocat dergleichen Rath gegeben/ er solte seinem Widersacher nicht dancken/ wenn er von ihm gegrüsset würde/ rc.

Conclusio XXXV.

Peccat Advocatus, qui in odium ac detrimentum Rei circumſtantias facti nimium exaggerat.

SUMMARIA.

1. *Advocatus non omnia quæ ad infamiam ac detrimentum adverſarii quoquo modo torqueri poſſunt, conquirat.*
2. *Alſted. Theol. caſ. pag. 78.*
3. *Mengering. Scrutin. conſc. cap. 9. q. 102.*

I.

NOn omnia, quæ ad infamiam ac detrimentum adverſarii quoquo modo torqueri poſſunt, ab Advocato conquirenda & effundenda. Chemnit. *P. 2 Loc. Com. pag. 138.* 1
Alſted. *Theol. Caſ. p. 78.* ubi ait: Advocatus examinet ſe, num accuſatoris partes agens, ſive odio, ſive alio adfectu ductus, ſic exaggerarit Rei cauſam, ut hic aut tormentis ſubjectus, aut quovis modo graviùs punitus ſit, ſive in corpore, ſive in facultatibus alioquin punitus fuiſſet. Mengering. Scrutin. *conſc. c. 9. q. 102.* quæ ita concepta eſt: Ob Advocaten die Sachen und Rechts-Klagen/ civil oder criminal, zu hefftig/ hitzig/ odioſiſch/ und alſo an- und vorbracht/ getrieben/ 2 3

ben/ und gefochten/ daß dadurch Beklag-ter/ üm unfreundlicher Schärffung und Aufmutzung der Circumstantien zu scharf/ und schwerlich in Straff genommen worden/ und am Leibe oder Guth zu viel und ungütlich büssen/ und leiden müssen: solche odiosa exagitatio & ventilatio causæ laufft nur gleich dem 5. Geboth/ und der Liebe des Nechsten zu wider / daß manche Advocaten üm eine Handvoll Gersten und Bissen Brods willen / *Ezech. 13. v. 19.* üm der rothen Gülden / und schnöden Profits willen/ alles wissen aus zu ecken/ und anzuzwacken/ was nur in odium und detrimentum rei kan gedacht und vorbracht werden. Sed quàm pauci sunt, quibus persuadeas, in hâc re culpam aliquam committi!

CONCLUSIO XXXVI.

Peccat Advocatus, qui à Cliente majus honorarium petit, quam meritus est.

SUMMARIA.

1. *Advocatis debentur Salaria ex æquo & bono æstimanda.*
2. *Ordin. Process. Judic. Elect. Sax. tit. 36. §.* zum dritten.
3. *Sæpe Advocati majora à Clientibus Salaria extorquent,*

4. Ma

4. *Maximè quando sciunt*, daß sie Speck in der Taschen haben.
5. *Advocatorum salaria moderationi judicis submittuntur.*
6. *Advocatus modum in petendo honorario excedens peccat.*
7. *Sanctissima juris sapientia pretio numario non est dehonestanda.*
8. *Peccat minister Principis salarium à Domino supra merita exigens.*
9. *Spangenb. in cap. 1. ad Rom. Conc. 10.*
10. *Peccat quoque Advocatus laboris industriæ & aliarum circumstantiarum injustam rationem habens.*
11. *Mengering. Scrut. Consc. c. 11. q. 115.*
12. *Advocatorum in exigendo salarium iniquitatem Judex ex officio graviter castigare debet.*
13. *Iniquitas Advocatorum species est criminum, per quæ Justitia amarescit, iraq; Dei adversus terras incenditur.*
14. *Advocatus in accipiendo palmario modum ne excedat.*

I.

ADvocatis omnino debentur salaria, quæ pro conditione personarum, qualitate causarum, quantitate laboris & diligentiæ adhibitione, ex æquo & bono æstimanda. 1
Ord. Proc. jud. El.Sax. tit. 36. §. Zum dritten. ibi: Der Advocaten Belohnung nach Gelegenheit der Personen / der Zeit / ihrer 2

gehabten Mühe/angewendeten Fleisses/ und anderer Umstände etc. c. dd. Ord.Cam. P. 1. tit. 62. Würtenb. Land-Recht. P. 1. tit.
3 17. in fin. Sæpiùs autem Advocati modum excedunt, majora à Clientibus salaria (Advocaten-Gebühren) extorquentes; Carpzov.
4 *de Process. Saxon. tit. 24. art. 4. num. 20.* cumprimis ab eis, quos ditiores esse sciunt, wenn sie wissen/ daß Clienten Speck in der Tasche haben/ ut vulgò loqvuntur, licet operam patrocinii brevi tempore & modicis stu-
5 diis atque laboribus exhibuerint. Unde Advocatorum salaria Judicis moderationi & taxationi submittuntur, werden zur Rechtlichen Moderation gestellet. *d. Ordin. Proc. ibi:*
6 ex bono & æquo moderiren. Advocatum autem in petendo honorario vel salario modum excedentem, peccare, quis dubitet? vitio enim avaritiæ & πλεονεξίας eum laborare,
7 hoc ipso indicat, eique sanctissimam juris sapientiam, quæ ut JCtus ait *in l. 1. §. 5. ff. de extraord. cognit. pretio nummario non æstimanda nec dehonestanda*, mercenariam esse apertè do-
8 cet. Quemadmodum minister vel officialis Principis peccat, qui salarium à Domino supra merita sua exigit, Spangenb. *in cap. 1. ad Rom. conc. 10.* ubi ait: Es ist ein Geitz / da
9 einer mehr Besoldung nimmet/und vom Herrn auszwinget/ den er mit gutem Gewissen verdienen kan. Item / Ungnüge/ unnöhtiges und unziemliches Betteln. Ita
n-a

non minùs peccat Advocatus malam in pe- 10
tendo ſalario cauſæ, laboris, induſtriæ alia-
rumque circumſtantiarum rationem ha-
bens. Vid. D. Mengering. *Scrutin. Conſcient.* 11
c. 11. q. 115 ubi ait: Juriſten und Advocaten
fragen ſich/ob ſie ihre Clienten mit Beſtal-
lungs-Geldern/ Procuratur-Gebühren/
und Reiſe-Koſten überſetzet haben: Ad-
vocatos non tantùm contra ordinationem 12
judicariam, quæ in exigendo ſalario æquita-
tem injungit, peccare, ſed etiam judicii ho-
norem, & proximi charitatem circa juſtitiam
in judicio ſervandam, violare, ait Mevius. *P.*
8. deciſ. 130. adeoque eorum iniquitatem, tan-
quam crimen non leve, judicem ex officio
graviter caſtigare debere, monet. Iniquitas 13
enim Advocatorum & Procuratorum ſpecies
eſt eorum criminum, per quæ juſtitia amare-
ſcit, ſeu in fel & abſynthium convertitur, &
ira Dei adverſus terras incenditur, uti apud
Prophetam Amos. *cap. 5.* de eo legitur com-
minatio, quæ reſpicit quidquid moleſtam &
ſumptuoſam facit juſtitiam.

Caveat etiam Advocatus, ne in accipien- 14
do palmario, vel munere à cliente libera-
liter oblato, honeſtatis terminos excedat,
ſed diligenter obſervet vetus illud proverbi-
um ab Ulpiano relatum: οὔτι πάντα, οὔτι πάν-
τοτε, οὔτι παρὰ πάντων. nam à pauperibus, pu-
pillis viduis, & aliis fortunæ miſerabilis per-
ſonis aliquid appetere velle turpiſimum utiq;

foret D. Lauterbach. Disp. de Palmario Advocatorum. *cap. 3. Thes. 16.*

CONCLUSIO XXXVII.

Peccat Advocatus, qui cum Cliente de quotâ litis paciscitur.

SUMMARIA.

1. *De quota litis pacisci de omni iure prohibitum.*
2. *Qui ita paciscitur deprædator & latro appellatur.*
3. *Ala Cremon. tr. de Advocat. & Causid. Christian. quæst. 12.*
4. *Peccat Advocatus, qui cum Cliente de aliqua litis parte paciscitur.*
5. *Mengeringii monitum ad Advocatos ut conscientiam suam examinent.*
6. *Autor Judicii Theolog. super Consult. Spener. p. 187.*

I.

1 DE quotâ litis dimidiâ, tertiâ vel minore aliâ parte pacisci, de jure Canonico, civili, & in foro conscientiæ prohibitum cavetur. *cap. arcentur. quæst. 7. l. si quis Advocatorum,* ubi gloss. & Dd. *C. de postul.* Eberh. Speckhan. *class. 4. quæst. 45. num. 5.* ubi ait: Pactiones hæ prohibitæ sunt, quod ejus, qui actione tenetur, lacessandi, vexandi & ulciscendi gratia, ut

ut plurimum fiant, quodque occasionem præstant causidicis & redemtoribus, ad lucrum propositum inhiantibus, quacunque ratione, per fas & nefas, mendacia etiam quandoq; turpissima, ad victoriam contendere, tùm etiam, quod Advocatorum avaritiam. quæ tamen longissimè ab eis in hâc re abesse debet, *l. 6. §. 3. C. de postul.* prodant Sichard. *in l. 15. C. de procur.* Freher. *de existimat. c. 13. num. 2.* Ratio prohibitionis est, ne Advocati lucri cupiditate illecti omnia moliantur justa & injusta, ut litem vincant. Magon. *de rect. rat. patroc. cap. 8. num. 38.* Lauterbach. *l. disp. de palmar. Advocat. cap. 3.* Ordin Cam. *P. 1. tit. 46. §.* **Deßgleichen sollen**: ibi: **Daß sie mit den Parteyen keinerley Vorgeding oder vorwort ein Theil von der Sachen / deren sie** Advocaten **und Redner seyn / zu Gaben oder zu Warten machen sollen.** Qui 2
enim ita paciscitur, deprædator, & latro appellatur. Navar. *in Manual. cap. 25. n. 50. vers.* septimo peccat. Afflict. *ad Constit. Regni in vers. Advocatos. n. 14. lib. 1.* Ala Cremon. *Tract. de Advocat. & Causidic. Christ. q. 12.* ubi ait: il- 3
lud notandum, scilicet, quod si in una lite agetur de centum aureis, non poterit tutâ conscientiâ fieri pactum, de uno in casum victoriæ, & tamen si omnes circumstantiæ patiantur, poterit Advocatus pacisci, de viginti pro honorario, sive vincat litem, sive succumbat, ut concludit Sylvester & P. de

Arragon. *quæst. 71. art. 4.* Add. Christinæ. *de-*
4 *cis. Cur. Belg. vol. 2. dec. 99. num. 24.* Peccat igitur Advocatus, qui ejusmodi Constitutiones justissimas negligit, ac cum Cliente de
5 aliquâ litis parte paciscitur. Hinc D. Mengeringius, Theologus Hallensis, Advocatos monet, ut conscientiam suam examinent; Juristen und Advocaten (sunt illius verba) fragen sich/ob sie auch wohl mit ihren Clienten üm den halben Theil der Forderung contrahiren und paciscìren wollen? Sie werdens am besten wissen/ wie sie hierunter offtmals handeln. Einmal so haben nebest Gottes Wort / die Käyserlichen Gesetze und Constitutiones hierüber den Advocaten gewisse Maß und Ziel gesetzet/ ne potentiores vel Advocati lites alienas suscipiant, tanquam suas, sub tertiæ, quartæ, vel dimidiæ partis pactione, id quod bonis moribus contrarium dicunt leges, & de honorario tantum vel salario pactiones admittunt. quæ tamen & ipsa pro modo litis, proque scientiâ, & facundiâ Advocati, vel procuratoris attemperari volunt. Vid. Zepper.
6 *de Leg. Mosaic. p. 596.* Add. Auctor judicii Theolog. super Consult. Spener. *p. 187.* ubi ait: Es ist nichts gemeiners/ als daß die Advocaten und Procuratores mit dem Richterlichen Tax sich nicht begnügen lassen/ sondern entweder de quotâ litis paciscìren/ oder sonsten ungebührliche und beschwer-

li-

liche conventiones machen: als wird Gottes scharffes Rach-Auge so viel genauer alles observiren/ und die heimliche Bubenstücke und Vortheilsucht an dem Tage offenbaren / da alles appelliren / repliciren/ und excipiren mit dem Höllischen Feuer wird beantwortet werden.

Conclusio XXXVIII.

Peccat Advocatus, qui pro modico pretio alienas lites redimit.

Summaria.

1. *Alienarum litium redemptio hodiè frequens. num. 1.*
2. *Actio. n.2.*
3. *Adducitur Electorale Mandatum contra coëmtores litium. n.3.*
4. *Redemptorum litis officium odiosum. n. 4.*
5. *Advocatis imputatur n.5.*
6. *Constitutiones Anastasianæ & Justinianeæ contra cessiones actionum. n.7.*
7. *Fugiendæ coëmtiones litium n.8.*
8. *Quatenus charitati Christianæ adversæ. n. 10.*

I.

Alienarum litium redemptiones depravatissimo hoc seculo frequentissimæ. Hominum scilicet avaritia eò usque excrevit, 1 2

ut nullis corradendi pecuniam & aliqs decipiendi & defraudandi modis desistant, ad quod palliandum varias technas, versutias, & calliditates quærunt, inprimis verò *aliorum actiones, & jura modico aliquo dato*, sibi adquirunt, & sibi cedi curant. Berlich, *decis. 32. n. 1.*
3 De hoc pessimo lucrifaciendi modo conqueritur Elector Saxoniæ in Mandato, *anno. 1614. d. 1 Febr. edito*, ubi ait: **Wir werden glaubwürdig berichtet daß eine Zeithero allerhand schädlicher Mißbrauche aus den vielfältigen** cessionibus **der Schulden/und Schuld-Verschreibungen erfolgen/ und dadurch mancherley Räncke/ vortheilhafte** Contracte/**und Partiererey gesucht/ und erdacht werden wollen/ und daß die** redemptores litium alienorum **ie länger ie mehr Uberhand nehmen/und hierunter ihre Partiererey ohne allen Scheu treiben**
4 **und fortsetzen.** Unde Redemtorum litis officium meritò odiosum & invidiosum appellat Cujacius. *lib. 8. Observ. cap. 3.* Menoch.
5 *lib. 3. præsumt. 129. n. 2.* Illudque cum primis Advocatis, Causidicis, & procuratoribus imputat Manzius. *in Interpretat. leg. Anastas. q. 5.*
6 Verùm ad ejusmodi inhiationes & callidas machinationes removendas, Imperatores Anastasius & Justinianus *in l. 22. & l. 23. C. mandati.* salubriter sanciverunt; quod ejusmodi
7 cessiones non valeant; Dolendum autem est, constitutiones ejusmodi saluberrimas hodiè ad-

adeò negligi, ut nonnulli, licet falsò, in ea sint, opinione quasi abrogatæ sint. Sunt certè, proh dolor! abrogatæ, vel potius hactenus neglectæ sed per abusum & malitiam hominis, minimè verò auctoritate publica. *Vitia sc. & mores tmxêre bonas leges in potestatem suam.*

Qui Boni & Christiani Advocati, illi fugiunt hunc per coëmtiones Chirographorum vel instrumentorum obligationis bonis moribus contrarium atque odiosissimum adquirendi modum, quippe qui vel avaritiam & πλεονεξίαν, vel omninò usurariam pravitatem, Vel debitores vexandi libidinem sapit. Certè experientia ipsa docemur lucrum quod ejusmodi illicitis coëmtionibus adquisitum, maledictum divinum continere. Omninò enim contra charitatem Christianam peccat is Advocatus, si illi, qui propter magnam inopiam cogitur nomina vendere, rationabile pretium dare nolit, cùm ipse tàm ingens lucrum indè reportet. Vid. Lessius. *de justit. & jur. l. 2. c. 21. dub. n. 76.* Manz. *d. tr.* 8 9 10

CONCLUSIO XXXIX.

Peccat Advocatus, qui sub prætextu Clienti Acta extradere recusat.

SUMMARIA.

1. *Advocato Acta retinere licet, donec ipsi de honorario satisfaciat.* 2. *Se-*

2. *Secus, si nullum debetur vel iniquum petitur.*
3. *Advocatus ad damnum quod ex retardata Actorum traditione nascitur restituendum tenetur.*
4. *Advocatus si modicum honorarii restet & Cliens facultatibus lapsus sit, Acta retinere debet.*
5. *Ad exhibitionem Actorum publicorum Advocatus tenetur.*

I.

1 CUivis Advocato Acta apud se eo usque retinere liceat, donec ipsi de residuo honorario satisfiat *l. 12. ubi Gloss. de vi & vi armat. l. quæ omnia. 25. in fin. de procur.* Gail. *2. observ.*
2 *12. n. 5.* Aliud tamen dicendum, Cui vel honorarium nullum debetur, vel, ut sæpè fieri,
3 solet, iniquum petitur. Advocatus enim, qui de periculo ac damno, quod ex retardatâ Actorum extraditione nascitur, ut si fortè casu aliquo ea pereant, in conscientiâ tenetur. Idem est, si modicum quid honorarii restet,
4 quod Cliens facultatibus lapsus, persolvere nequeat. Prœterea ad exhibitionem Acto-
5 rum publicorum obligatur Advocatus, quando Reip. aut Magistratus maximè inerest, sine morâ ea exhiberi: potior namque utilitatis publicæ, quam privatæ ratio habenda. Carpzov. *Jurispr. Saxon. pag. 2. C. 25. def. 23. n. 6.*

CONCLUSIO XL. & Ultima.

Peccat Advocatus, qui in diebus ſacris etiam cum neglectu cultus divini litibus liti proſequendæ vacat.

SUMMARIA.

1. *Quidam Advocati diebus etiam Sacris cum neglectu cultus divini litibus tractandis vacant.*
2. *In diebus ſacris Actus Judiciales ceſſare debent.*
3. *Ita & Advocatorum opere ceſſare debent.*
4. *An ex l. 7. C. de Fer. colligatur in diebus Dominicis Inſtrumenta conficere poſſe.*
5. *Die dominica ſolum Deo vocandum.*
6. *Chryſoſtomus Homil. 10. in Geneſ.*
7. *Brentzius in Poſtill. ſuper Dominic. 17. poſt Trinitatis.*
8. *Robertus Theolog.*
9. *Memento Advocate, ut diem Sabbathi Sanctifices, &c.*

I.

SUnt nonnulli Advocati & Procuratores adeò in litibus tractandis occupati, ut in diebus etiam ſacris, ſæpè cum neglectu cultus divini, eis vacare non dubitent: Bartolum & Baldum frequentius volvunt, quam ſa-

ſacra Biblia. Literas ſcribere, inſtrumenta conficere, tabellarios expedire, Clientes audire, Acta perluſtrare, aliaque negotia fo-
2 renſia tractare, eis nullâ Religio eſt. Verum, quemadmodum in diebus ſacris actus judiciales ceſſare debent, *l. 7. C de feriis*, ita etiam
3 Advocatorum operæ ceſſare deberent. Vid.
4 Brunnem. *in d.l.* ubi ait, malè colligere quosdam ex eâ lege, Notarios in diebus Dominicis inſtrumenta conficere poſſe. Omnes Judices, ait Imperator *in l. omnes C. de feriis*, urbanæque plebes, & cunctarum artium officia die Solis quieſcant. Die Dominica ni-
5 hil aliud agendum eſt, niſi Deo vacandum: nulla operatio in illâ Die ſanctâ agatur, niſi hymnis & Pſalmis, & canticis ſpiritualibus dies illa tranſigatur. *can. 16. de conſecrat. diſt. 3.* Die Sabbathi nihil ex omnibus mundi actibus oportet operari. Origenes. *homil. 23. in*
6 *Numeri*. Et Chryſoſtom. *Homil. 10. in Geneſ.* Jam indè, ait, ab initio Doctrinam hanc nobis inſinuat Deus, erudiens in circulo hebdomadis diem unum integrum ſegregandum & reponendum in ſpiritualem operationem. Gott hat den Sabbath einge-
7 ſetzt (ait D. Brentius. *in Poſtill. ſuper Domin. 17. poſt Trinit.*) und gebothen / ihn zu feyern /
8 daß ein ieder / der ein Chriſt ſeyn wil / an dem Tage ſich aller anderer Geſchäffte ſoll enthalten / und ſich nur allein mi

den

dem bekümmern/ was zur Seligkeit die-
net. Optimè Robertus Borton. Theolo- 8
gus Anglus. Probierstein des Gewissens
pag. 248. Der Sabbath ist der köstlichste
Tag/ der Seele/ die Perle und das güld-
ne Kleinod / unter den sieben Tagen
der Wochen/ an welchem die Seele nicht
allein muß erquicket werden mit neuer
geistlicher Krafft / und mannigfaltiger
Erkäntniß/ und Trost/ sondern/ sie muß
auch denselben feyren mit den himmli-
schen Freunden / mit den Engeln / und
mit den Heiligen ; Es ruhet ein iedes
Kind Gottes nicht allein von seinen täg-
lichen Geschäfften/ sondern es enteussert
sich aller weltlichen Sorge/ damit es an
diesem Tage eine rechte Seelen-Ruhe hal-
ten möge. Memento igitur, ô Advocate, 9
ut diem Sabbathi sanctifices!

In Concilio Matiscanensi, sub finem secu- 10
li sexti ita decretum fuit: Justum est, ut di-
em Dominicum *unanimiter* celebremus, per
quem facti sumus, quod non fuimus: fui-
mus enim ante servi peccati, sed per eum fa-
cti sumus servi Justitiæ. Si quis hanc salu-
brem exhortationem parvi penderit, sciat,
se pro qualitatis merito principaliter à Deo
puniri, & deinceps quoque sacerdotali iræ
implacabiliter subjacere. *Si Causidicus fuerit,*
ir-

irreparabiliter amittet caussam, *&c.* Vid. novissimè Anton. Reiser. Sabbathisch= und Sontags Liecht und Recht circa finem:

FINIS.

DEO ET SALTATORI NOSTRO SIT GRATIA ET GLORIA IN SECULORUM SECULA, AMEN.

ADDITA-

ADDITAMENTA.

Ad Concluſ. 1. pag. 1.

SI Advocatus ſciat, vel ſcire debeat, ſe parum valere judicio, eruditione, & experientiâ, & aſſumat cauſas graves, peccaret mortaliter, & teneretur ad damna, licet in aliquibus attingeret veritatem, nam id potius tribuendum eſſe bono eventui, quam conſilio, bonitas enim vel malitia noſtrorum operum non pendet ex bono, vel malo eventu. D. Thom. *1. 2. quæſt. 29. art. 5.* Navar. *in cap. inter verba. concl. 6. num. 10. & 11. quæſt. 3.* & ſufficit peccatum contrahendum, quod quis prudens, & ſciens exponat ſe periculo peccandi; ita docet in puncto Michael Salon. *ubi ſupra quæſt. 21. art. 2. controverſ. 1. concluſ. 1.* Navar. in Manu. *cap. 25. num. 28.* Tolet. ubi ſupra, *num. 3.* nec ullus diſcrepat, quia peccatum facile diſcerneretur ſi unusquisque ſe ipſum excuteret ſine amore proprio. Neque ſufficere puto illam præſumtionem ſcientiæ quam forſitan deducere poſſunt ex Privilegio Doctoratus: ſed eſſet laudabile, ut iterum examinarentur, antequam poſſent hoc munus profiteri, quemadmodum intelligo Placentiæ obſervari, & antiquitus fieri ſolebat, ut patet ex *text. in l. nemini. C. de Advoc. diverſ. Jud.* quæ conſuetudo viget quoque

in Regno, ut constat apud Afflict. *in Constit. Advocat. offic.* Non ignoro tamen Theologos distinguere, nunquid litigator cognoscat Advocatum, & ejus scientiam: hoc enim casu affirmant, eum teneri tantum de dolo, & lata culpa, & ob id cum Advocatus indoctus, & cognitus sponte ab aliquo requiritur, sit aliquantulum excusandus, sed ratio suscepti laboris, & studium salutis universalis me cogit, ut moneam Advocatos præsertim juvenes, ne unquam curent, aut patiantur affines suos, & amicos aucupari clientes, & causas, sed permittant se suis laboribus & divino favore promoveri. Clientes enim qui togati veniunt, præsertim ab eo, cui non possunt sine rubore contradicere, non vere dici possunt sponte venire, juxta illud, *Est rogare ducum species violenta jubendi:* & multa alia de precibus cumulata per Barbat. *in cap. cum dilecta, col.3. de rescript.* propterea nulla ratione poterunt se excusare à peccato mortali debentque tanto cautiores esse, atque circumspectiores: quia Advocati juvenes solent appellari, ut plurimum intricatores causarum. Angel. *in leg.1. §. pueritiam. ff. de postulan.* Sed multo gravius offendunt Deum illi Causidici, si qui sunt in orbe terrarum, qui circumdati magna copia librorum ad pompam dispositorum, induti veste talari, vultu, gratia; & composito, reddunt responsa litigatoribus ignaris, & profitentur

De

De insiplentibus atque ignorantibus considerans idemmet Author, arroganter eam scientiam, quam nunquam didicerunt. Quod fit ut dum student videri in hoc genere literati, vere dici possunt prius damnati quam nati: quia exercent se in arte sibi penitus incognita, ut inquit Ant. de Butr. *in cap. tua nos. de hom. col. 2.* & exigunt honoraria à clientib. pro Advocatis, quæ tamen sibi usurpant, ut advertit, & graviter reprehendit Carbon. *in d. tract. de restitut. quæst. 51. in fin. versic. justo etiam debet esse contentus stipendio.* Ala. *de Advocat. & Causid. Christian. quæst. 35.*

Ad Conclus. 1.

Jurisperitorum, eorum præsertim, qui forenses causas agunt in judicio, quos Advocatos, & Causidicos appellamus, quàm sit periculosum exercitium, nemo apertius quã Advocatus ipse intellexit: Sed & quantum hominibus sit inutile, ac perniciosum, nemo rectius agnovit, quam qui pro ejus infortunio Advocato indiguit. Hujus exercitii damna atque pericula, non facile enarrari possent, ex multis autem, pericula quædam in medium adducenda decrevimus. Inprimis naturam artis atque exercitii considerare oportet: est enim hujus generis Patrocinatio in causis, quia difficile est Advocato, & Causidico, unum juvare, quin alterum lædat, cui pulchre Ambr. dicere videtur, Qui

non poteſt alteri ſubvenire, niſi alter lædatur, commodius eſt neutrum juvare, quam alterum gravare; unde ſuper illo verbo, *impio præbes auxilium.* Auguſtin. ait, callidi argumentatores, & juriſperiti fallaces, dum cupiunt ditari, vix prævaricationis periculum fugiunt, controverſias actionesque cauſarum contra ipſa jura vertunt, & ut adverſarios coërceant, juſſionibus legum ad illudendos Judices, exquiſitis exemplis, multiplices intellectus & cavilloſas à legibus eliciunt conjecturas; quid igitur in eis laudem, non facile invenio; vendunt enim linguam ſuam, quæ Spiritus Sancti donum eſt. Placuit mihi ſubtrahere miniſterium linguæ meæ à mundanis loquacitatis meæ, ne cæteri mei exemplo, jam non legem Domini, ſed forenſia bella mercarentur, & ex ore meo arma furori ſuo accommodarem. Rurſus non illis puto aſſentiendum, qui negant Cauſidicos lites nutrire ſed potius præſcindere, contendunt, ex Ciceronis verbis, argumentum aſſumentes, quæ recte intellecta eos lædunt; Ait enim eos qui leges ignorant, voluptates, & appetitus ſuos legibus ſequi poſſe: ſed ea verba quid aliud ſonare videntur quam Advocatos lites gignere, dum voluptuoſis, & cupidis hominibus ſuadent legibus poſſe explere, quæ leges ipſæ vetant? Quis enim tam amens eſt, qui leges juſtas aſſerat jurgia nutrire, quas dici-

Cicero in eodem de legibus esse vitiorum emendatrices, virtutumque commendatrices? sed ex mente Ciceronis elici posse, non leges sed legibus abutentes, qui sunt legistæ, lites nutrire, & educare perspicuum est, qui ut nascantur lites, spem victoriæ victis promittunt, adducentes innumera fallaciarum repagula. & astutiarum obstacula, secundum Policratum. Qui enim cæcus non est, liquido videbit, quia non hominum negotia, non causæ, non controversiæ suscitant Advocatos, quinimò ut oculis cernimus, Advocati ipsas causas gignunt, litigia suscitant, controversias fovent, imò movent atque nutriunt. Præbeant huic veritati testimonium ea loca, quæ certè beata dixerim, Ubi si desint Advocati, ibi causæ ipsaque litigia desunt: ubi vero Advocatorum turba strepit, ibi litium anfractibus tota civitas ardet, nec domus aliqua à litigio vacat: Vidi ego in Germania urbes quam plurimas populatissimas quidem atque optima Politia gaudentes, in quibus civis unus juris ignarus, in decidendis causis penitus inexpertus, totius civitatis causas brevi momento, pacifice & incredibili silentio terminabat, ubi nec assistentia erat Advocatorum, nec allegationum ingeniosa altercatio, stupenti igitur mihi atque quærenti cur in tanta urbe, tam parvæ atque perpaucæ causæ agerentur, quidve causæ erat, quod nullus ibi Advocatus adesset,

set, responsum tandem est cum faceto modestoque risu, ultimam esse causam primi, addebantque ut ego mihi ipsi inquirendo satisfacerem ac si apertè dixissent, paucula admodum causas in tribunalibus esse suis, cujus rei illa erat ratio, quia nullum qui eas proponeret Advocatum facile admittebant. Profectò non insulsum eorum dictum puto: plurimi quidem nequaquam plerumque litigarent; quinimò aliquid forsan injustè paterentur nisi Advocatorum pronitas adesset, atque eorum sollicitudo, qui vincere pollicentur. Nemo certò nisi insanus, sine armis bellum tentat. Quippe plurimi salvi fuêre, quia illis arma defuêre, & longè plures periêre armorum fiducia, quam penuria. Tolle enim phrenetico arma, præstabis & vitam. Tolle cupidos litigandi ministros, simul tolles & lites. Cupit enim omnis artifex (ut Philosophus in Ethicis voluit) sua laudare opera simul, & dilatare; sic Poëta, sua Poëmata laudat, à cunctis recipi optat; sic faber (ut inquit Horatius) sua fabrilia tractat, studetque summoperè ut totus orbis eis indigeat; Citharista denique omnes exoptat dies esse faustos atque solemnes; armorum & machinarum artifex nuptiarum aut pacis tempora infesta habet, & generaliter de pace non cogitat qui cum bello lucratur. Nec aliter Advocatus alienas cupit controversias propinquorum, & causas exagitat, qui suas non li-

litigat, diſſidendo, litigando, lucratur, qui mendicaret ſi quietiſſimè omnes viverent.& paucis dicam, deſunt lites, ſi deſunt qui lites capiant, atq; ſollicitent. Denique Apoſtolus ait, ſervos Dei non oportet litigare. Quomodo igitur alienas opes litigando quærere poſſumus licitè, qui noſtra proximo afferre jubemur, & juxta Dominicum conſilium, petenti clamydem pallium non negemus. Demum verò illud veriſſimum puto, quia longe minus Reipubl. Chriſtianæ nocivum videbitur, ſi judiciorum ſtrepitus, ſi cauſarũ deceptiones non habeat, ſi Advocatorum penuriã patiatur, quam ſi per cauſarum & litigatorum atque Advocatorum copias, charitatis ordo pereat, quæ in litigando ſervari minimè poteſt, & iterum longè minus perniitioſum arbitror quosdam forſan injuſte opprimi, ob defenſionis advocationisque defectum, quam plurimos, imò ipſam Rempubl. ejusque quietem tot tantisque, ut cernimus, litium perturbationibus concuti atq; ſubverti, quæ veluti quædam incendia cunctas Respubl. adurunt atque confundunt. Proſtremo, quis fori aut judicialis ſtrepitus, tam avidus eſt, quem non moveat imo terreant plurimum illa Bernardi verba, qui cum ad Eugenium ageret, ad eum inducere conaretur. ut fideles ad divinam legem diſcendam ſectandamque alliceret, & Advocatorum aſtutias fugiendas eſſe oſtenderet, quotidie (in-

(inquit) perstrepunt in tuo palatio leges, sed Justiniani, non Domini; justene etiam istud tu videris; nam certè lex Domini immaculata convertens animas, ea autem non tam leges quam lites sunt, & cavillationes subvertentes judicium. Tu ergo Pastor, & Episcopus animarum, qua mente obsecro sustines, silere illam, istas garrire? Puto quod etiam hæc perversitas te compellat ad Dominum dicere cum Propheta, narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua. Hæc Bernardus de humanis legibus, & earum sectatoribus. Rursus ni fallitur quisquis qui litigandi officium assumit, & longè magis fallitur, qui artes litigandi & contendendi eligit, in quib. propter nocendi facilitatem, quantò quis doctior, tantò nequior evadit, ut de aleatoribus Policrates ait, unde August. forma (inquit) in eis est litigiosa, hoc ipso laudabilior, quo fraudulentior, fateor enim utilis est juris scientia, si ejus professores intra ejus limites agerent, & legum terminos non transgrederentur, sed plurimi illis abutuntur, & falso legum intellectu, & novis interpretationibus, sacris legibus illudunt: quod si secus agerent, pauperes admodum, & inopes, fateor tamen felices viverent. Ea de re sancti viri periculum tam promtum imminuere, hoc exercitiũ tenentibus, cernentes merito perfectis & Deo dicatis juris, nedum forensium causarum, inter-

terdicunt exercitium, sed humanarũ legum studium, quarum inter cæteras illa est ratio, ne videlicet jurisperiti magnum æstiment eam justitiam, quam ipsi continent, venerantur, & quam leges humanæ docent, respectu ejus justitiæ, quam lex Dei continet, & veneratur. Justitia enim humana, quam leges sæculi profitentur, impleri indubie potest facultate, & naturæ viribus (Hoc tamen est intelligendum de justitia humana, secundũ apparentiam quandam, & apud homines; cæterum, neque tota justitia, quæ in lege humana requiritur sine speciali Dei auxilio adimpleri potest) quod eo maximè patet quia Christus in Evang. ex duobus naturalibus præceptis omnes leges, & Prophetas pendere dixit, pulchre August. deducit in Epistola ad Volusianum, divina vero Justitia, non nisi superna gratia impleri potest. Quare ad hunc sensum verius, quam paulo ante Esaias dicebat de humana justitia Pannus menstruatæ justitiæ vestræ sunt, sed nec alienum ab hac re videtur quod Dominus in Evang. ait; nisi abundaverit justitia vestra plus quam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum; quod utique recto dici potest de humana justitia, quanquã JCti, & Causidici astruere nitãtur, quod Christus fidelibus suis dicere videatur, nisi abundaverit justitia vestra plus quam Scribarum & Phariseorum, id est, Legistarum, & JCtorum humani juris, non intrabitis in regnum

cœlorum. Nec enim hæc justitia, quæ ex humanis resultat legibus sola ad salutem sufficit, cum illa, ut Philosophus in Politia voluit, solum Reipub. terrenam quietudinem appetat. Cujus gratia plurima quæ lex divina vetat & punit, ipsa permittit aut jubet. August. Lex quod de regendis urbibus datur, multa pro temporali pace, aut permittit, aut jubet, quæ lex divina gravissime punit, ut in concubinatu, usuris præscriptionibus, & multis aliis reperire libet. Denique lex ipsa humana, virtuti humanæ, & naturali innititur, quæ nequaquam ad æternam felicitatem sufficit, sine speciali auxilio divinæ gratiæ, aliter aut sentiendum de divina Justitia, quæ tota Dei, & à Deo est: Dabo igitur ait mater pluribus persuasionibus, puta si id solum dixerim, quia humani juris sectatores solo nomine juris lætantur, cum rem ipsam non habeant, imò sub juris atque justitiæ obtentu ipsa jura, & justitiam persequuntur, ut recte de eis dicat vera justitia; filios enutrivi, & exaltavi, ipsi vero spreverunt me. Tandem quis ille legista est, & laudabimus eum? qui (ut ait Augustinus) dicat clientulo suo, recipe, quod mihi, cum tibi adessem, obtulisti, redde adversario tuo, quod me injustè patrocinante abstulisti, cujus opera decepto judice, & circumventis legibus vicisti.

Licet concludant Theologi, in foro conscientiæ rigeroso non peccare Advocatum, &

& Causidicum, qui in causa omnino dubia, pro utraque parte patrocinatur, ut notat Sum. Angel. *in §. Advocatus. num. 17.* post Rosell. & alios, arbitror tamen animadvertendum esse, ut Advocatus non affirmet se pro utroque cliente ita sentire, sicut scribit, aut loquitur, quia hic profiteri non posset sine impudenti mendacio, & manifesta contrarietate: Sed simpliciter suggerat judici rationes utriusque partis, ut melius possit discernere merita causæ; Sed si aliquis Causidicus reperiretur, qui non profiteretur legalem scientiam, & nihil faceret, aut scriberet sine consilio Advocati, crederem hujusmodi Causidicum posse tuta conscientia scribere ac notare scripturas utriusque litigatoris juxta consilium Advocatorum; verum tamen perdifficile puto in praxi contingere talem causam quæ adeo sit dubia, ut Advocatus, & Causidicus intelligere non possit in quam partem propendeant, unde sequitur, eos in dubia re non posse scribere, aut loqui contra conscientiam suam, & ideo cavere debent Advocati, & Causidici ab his patrociniis, ut ita dicam valde scandalosis, nec præbet, justam excusationem, apud Deum & homines probos quædam cautela à me quandoque in nonnullis Causidicis observata, habent enim in numero suorum sectatorum quosdam notarios juvenes in ordinem Causidicorum cooptatos, qui ad speciem suscipiunt tutelam

lam clientis adverſantis, ſed re vera Cauſſdicus principalis, omnia regit, diſponit, & moderatur, & ita furtive prævaricatur, utrumq; litigatorem acerrime defendendo, & prodendo. Magen. *de rectâ patrocin. rat. cap. 11. num. 11.*

Ad Concluſ. 6.

Non poſſum lugere ſatis miſerrimam conditionem aliquorum Cauſidicorum qui profitentes Chriſtianam probitatem, gloriantur ſe nullius culpæ conſcios eſſe, cum tamen certiſſime ſciam, & indies obſervem, eos vivere, & conſeneſcere in multis peccatis mortaliſſimis, quæ vel ignorantia inexcuſabili, non cognoſcunt, vel malitioſe diſſimulant, vel minus legitime confitentur ſine conſtanti propoſito veræ emendationis, aliquando enim obſervari, duos clientes ordinarios ejusdem Cauſidici, inter ſe contraxiſſe, alterum eorum judicio vexari à Sempronio: Cauſidicus ſtatim repertoria ſuorum librorum revolvit, ex his aliquas rationes jejunas, & frigidas expiſcatur, quibus putat ſe poſſe ſuſtinere defenſionem rei conventi, Judicium ſuſcipit ſuo marte, ſine conſilio Advocati, illudque producit, & differt quantum poteſt, his malis artibus, quæ in hoc libello explicantur, perducitur cauſa ad calculum ferendæ ſententiæ: Judex ordinarius promovet dubitationes parti conventæ, ex

qui-

quibus conjicit Causidicus, adversam sententiam sibi imminentem, capit consilium supplicandi, & confugiendi ad suprema tribunalia, & vocat causam à Judice, qui pronunciaturus erat vulnerata causa, & periclitante, quo se vertat, minime scit, consulit Advocatum, ut allegationibus suis subveniat causæ, in supremo tribunali definiendæ, Advocatus peritus & bonus, causa cognita respondet, reum non posse defendi, & opus esse denunciari litem alteri clienti, ejusdem Causidici qui cum reo contraxit, & ita Advocatus deserit patrocinium injustum: Causidicus autem diabolica malignitate insigni, non vult denunciare litem, ne alterutrum clientem dimittere cogatur, cum salario convento, persequitur Judicium in dicto tribunali introductum; tandem succumbit in causa, ut prædixerat Advocatus, neque adhuc quiescit Causidicus, sed calumniosis supplicationibus, & appellationibus, justissimum exitum retardat, neque unquam voluit trahere in judicium alterum clientem, qui tenetur conservare indemnem reum conventũ, quo tandem fit, ut infelix cliens infinitis, & gravibus incommodis affectus, amissa causa multis imprecationibus, & execrationibus persequatur Causidicum; hoc equidem loco fateor mihi deesse orationis copiam, ut possim pro rei indignitate explicare summa scelera, quæ in hoc genere perpetrantur, &

ab hoc uno fonte fluunt; quod Causidicus non utitur his Christianis præceptis, quæ servanda proponuntur, ubi contingat, duos clientes unius Causidici, inter se judicio contendere. Ala. *de Advocat. & Causid. Christian. quæst. 95.*

Ad Conclus. 8.

Cùm duplex sit modus, sua vel conservandi, vel amissa recuperandi, alter stricti juris, verò æquitatis, ubi caussæ per amicabilem transactionem coram arbitris componi solent. S. Apostolus, 1. Cor. 6. hunc posteriorem priori longissimè præferendum censet. Ratio manifesta est, quandoquidem æquitatis via magis congruit ad Charitatis Christianæ regulam illam, Math. 7. nobis commendatam: *Omnia, quæcunque vultis, ut faciant vobis homines, sic & vos facite illis.* Minus etiam habet peccatorum, quin & turbarum & molestiarum, adde vero & sumtuum, quos aliàs benè magnos effundi oportet in causidicos, Advocatos, procuratores, scribas, atque nihilominus de summâ rei periclitari, & nonnunquam totâ caussâ cadere. Hunnius. *convent. in Epist. prior. ad Corinth. cap. 6. loc. 6.*

Ad Conclus. 23.

Advocati, & Causidici qui ut plurimum flagrant desiderio obtinendæ victoriæ, quan-

quandoque solent persuadere clientibus, ut aliqua munera mittant ad Judicem, ut ejus benevolentiam alliciant; quamobrem prætermittens agere de illis Advocatis notorie peccantibus, qui scientes tuentur causam injustam, & hac ratione vellent corrumpere Judicem; versabor tantummodo in eo Causidico & Advocato qui putat se causam justissimam suscepisse, & ideo hortatur litigatorem, ut muneribus inducat Judicem ad ferendam pro se justam sententiam, in qua disputatione præmitto, quod quando aliquis accipit pretium vel munus ut faciat illud ad quod obligatus est lege justitiæ, semper turpiter accipit & peccat contra justitiam. *c. non sane. 14. quæst. 5* ubi dicit D. August. justum judicium vendi non posse. Molina *de justit. disputatio. 83. col. 2. versic. pro secundo eorum.* Navar. in Manual. *cap. 17. n. 33.* Covar. *in repetitio. cap. peccatum. part. 2. § 3. col. 1.* Lud. Carb. *in tract. de restitut. quæst. 50.* similiter ille litigator peccaret, qui hoc proposito Judicem muneraretur, & ob id punitur jure civili amissione causæ *l. 2. & ibi scribentes. ff. de condict. ob turp. caus.* sed si Advocatus & Causidicus omnino sibi persuaderent Judicem non esse pro cliente suo juste pronunciaturum sine muneribus & donis, aut maximi temporis moram esse facturum, non esset reprehendendus in foro conscientiæ, si induceret clientem ad donandum, cui licet redimere vexa-

xa-

xationem suam; verumtamen summa cautione opus est, ne hoc obtentu delabatur Advocatus ad Judicem corrumpendum, & ideò debet esse absque ullo dubio certus Judicem laturum fore injustam sententiam, nisi donis coërceatur Molin. *in disputat. 88. versic. an verò.* Graff. *decis. Aurear. part. 1. lib. 2. cap. 122.* Gail. *22. quæst. 100. art. 4. versic. eodem art.* ex quibus constat, non esse tutam sententiam Soti *in tract. de justit. lib. 4. quæst. 7. art. 1. col. 11. in fine.* qui credidit, nunquam esse licitam redemtionem vexationis propriæ quippe cum sit aliquando licita, ut ex communi testatur Abb. *in c. cum ab omni. num. 7. de vit. & honest. cleric.* quando scilicet litigator timet gravari injusta sententia; hoc igitur memoria teneant, præcipue causidici, ne consilium præbeant ad hæc peccata committenda, caveant etiam ne crumena clientũ aperiant sibi aditum ad Judicum benevolentiam; nonnulli enim eliciunt à suis clientibus immoderatas sportulas Judici dandas, ut ab ipsis ineant gratiam, qui propterea tenentur restituere proprio clienti, quem decipiunt, affirmantes tot nummos Judici deberi, & pessimum usum in forum inducunt, quo exhauriuntur facultates litigantium, & expletur cupiditas judicantium. Ala. *d. tract. quæst. 93.*

Ad Conclus. 22.

Præsens quæstio versatur in tanta perplexi-

sitate, ut vix sciri possit quæ sit magis communis opinio, pleriquè enim affirmarunt, posse reum sine mendacio, perjurio negare, totam positionem, aut libellum & hanc esse communem opinionem testatur Marsil. *in rubr. ff. de fidejuss. num. 339. versic. quarto limita.* & ab Advocatis passim observari inquit Abb. *in cap. 1. num. 15. de mutu. petit. ubi Imol. & Zabarell.* quam ipsi appellant magis receptam, sicuti etiam facit Alber. *in l. 1. §. cum adjicitur. ff. de verb. oblig.* Contrariam verò partem tenuit Bart. *in leg. 1. §. si stipulanti. ff. de verb. obligat.* ubi Imol. profitetur hanc esse æquiorem sententiam, ut non possit negari secura conscientia tota positio, & Roman. *in d. §. si stipulanti.* vocat veriorem, Aret. ibi dicit communem Imol. *in cap. cum dilecti. num. 10. de maior. & obedient.* Alex. *in d. §. si stipulanti. num. 7.* memoratur communem, quam etiam attestationem repetit idem Alex. *in l. ex facto. §. item quæro. num. 6. ff. de vulgar.* Gabr. *de expen. conclus. 2.* ubi relatis multis Doctoribus in utramque partem affirmat hanc postremam opinionem videri magis communem. Ego autem extra hunc conflictum, quod attinet ad meum institutum, tria propono animadvertenda. Primum multas afferri distinctiones, ad conciliandam istam contrarietatem, inrer quas illa videtur magis recepta, quod aut agitur de re individua, aut de dividua, hoc vero ultimo casu, non licet negari

tota positio, sed debet reus agnoscere bonam fidem, & confiteri partem liquidam, quam distinctionem ex mente omnium comprobat Pacian. *in tract. de probat. lib. 1. c. 18. in fin.* Tabien. *versic. confessio. num. 10.* quæ conciliatio applicata ad quæstionem propositam præscribit Advocatis, & Causidicis quid sequi debeant, nam ubi agitur de summa pecuniaria, procul dubio agitur de re divisibili. Secundo est animadvertendum, si quis pertinaciter sustinere vellet, non admitti peccatum mendacii, aut perjurii, admitti tamen aliud genus peccati mortalis, quia male facit tacendo veritatem, & gravando actorem onere probandi, ut elegantissime distinguit Dida. Covar. ubi supra *lib. 1. var. resol. c. 2. ante num. 6. vers. peccat tandem, & mortaliter debitor.* Tertio repeto, quæ significat Cagnol. *in l. non potest videri improbus. num. 5. versic. vel distingui potest. ff. de re jur.* quod quando res est integra ad deliberandum, debet Advocatus hortari clientem, ut fateatur partem veram, quia hæc opinio est securior quoad animam, ubi vero fuisset negata tota positio, eligatur illa opinio, qua vitatur perjurium. Est enim vulgata propositio apud Theologos in rebus deliberandis, eligendam esse illam opinionem, quæ tutior est, quia aliter faciendo, exponit se periculo peccandi Azonius *lib. 2. moral. institut. cap. 16.* confirmans hæc infinitis propè autoritatibus Theolo-

go-

gorum, ex quibus moneo Advocatos, & Causidicos, ut nunc animo suo proponant, non amplius uti istis responsionibus cavillosis, & periculosis, si qui hactenus impudenter usi fuerint, & Ala. *d. Tract. quæst. 41.*

Ad Conclus. 6.

Ex his quæ supra dixi non posse Advocatum defendere causam, quam videt esse injustam oritur proposita quæstio, sæpè enim Advocati non consuluntur in principio causæ, sed duntaxat quando opus est diluere objectiònes à Judice factas, & sæpius, accidit, Judicem dubitantem non attigisse verum statum caussæ, & propterea ejus argumenta facile ac vere posse refutari, sed tamen ex processu applicato ad terminos juris, alia, colligi possunt contra suum clientem, quæ prudens. & ingeniosus Advocatus animadvertit, non admittere veram responsionem, & consequenter causam esse vere injustam; In qua sane dubitatione observandum est, Advocatum non consuli super tota causa, nec tantum honorarium illi persolvi, quantum causa exigeret. In hac igitur quæstione usu frequentissima, propendeo in eam sententiam non posse Advocatum impendere operam suam ad dissolutionem objectorum, permanet enim firma relata conclusio omnium Theologorum, Canonistarum, eum mortaliter peccare, qui sciens defendit causam in-

justam, atqui proponitur esse talis hæc de quâ agitur, ergo &c. Aut enim litigator sciebat causam injustam esse, cum detulit scripturas ad Advocatum, ut satisfaceret dubitationibus Judicis, aut non: si sciebat, peccaret Advocatus cognoscens, & ipse causam iniquam, quia hoc modo cooperaretur ad malum: si vero nesciebat, sed erat in bona fide, utique Advocatus esset autor mali, & teneretur ad damna, non solum adversarii, sed etiam proprii clientis. Nec obstat, quod non consulatur super tota causa, quia non est inspiciendum desiderium clientis, sed quid facere habeat Advocatus Christianus, & ego quandoque observari, ad me deferri aliquem magnum processum, in quo complicabatur una pagina, quam dicebat Causidicus solam esse videndam, & tamen opus fuit evolvere totum processum, quia solus Advocatus, & non cliens aut Causidicus scire potest quid sit necessarium ad veram intelligentiam, & justam defensionem causæ; & profecto non video, quomodo in causa injusta possit Advocatus respondere aliquibus objectionibus, sive mendacio, & dolo, nam inprimis opus est, ut jaciantur fundamenta intentionis ipsius clientis, ut deinde possint confutari argumenta judicantis. Si igitur intelligit Advocatus, hæc fundamenta non subsistere in jure, & conscientia, præter aliquas rationes à Judice non cogitatas;

se

ſequitur neceſſario eum non poſſe reſpondere dubitationibus Judicis absque peccato mortali: nam licet imperitus Judex judicaret pro cliente, & illa ſententia injuſta tranſiret in judicatum, non tamen poteſt cliens aut Advocatus in foro conſcientiæ illam ſuſtinere, ut ſuo loco docebo. Deſiſtat igitur à patrocinio, & moneat clientem de injuſtitia cauſæ & ſi circumſtantiæ, id poſtulabunt, revelet ſecreta cauſæ, & rationes injuſtitiæ, juxta doctrinam D. Thomæ, & aliorum, de qua ſupra. Quæ omnia notanda ſunt ad declarationem eorum quæ ſcripſit Graff. *lib. 3. deciſ. Aur. cap. 8. part. 1. in princip.* ubi inquit, quod Advocatus defendens cauſam injuſtam, mortaliter peccet, licet aliquod caput juſtum proſecutus fuerit. Si enim intellexit de aliquo capite juſto & ſeparato, male judicio meo ſenſiſſet; quoniam quando plures res, vel diverſæ ſummæ, petuntur unico libello, dicuntur tot petitiones quot capita. *l. ſcire debemus cum ſua materia. ff. de verb. obligat.* Et poteſt eſſe litigatorem habere juſtam cauſam in una ſumma, & in uno capite, in alio vero injuſtam, ergo vel ejus traditio intelligi debet in terminis præſentis quæſtionis, vel intelligi debet, quando ſuſcepiſſet cauſam injuſtam defendendam; nam ratione iſtius mali propoſiti peccaret; licet proſecutus fuerit tantummodo unum caput juſtum, quod non reſpiceret ſummam cauſæ princi-

palis; defendendo enim aliquem articulum justum non excusaretur si causa principalis esset injusta, nam hoc modo retardaretur tota causa ut declarat Cagnol. *in l. est natura. num. 14. in fin. ff. de reg. jur.* Jacob. Benius *in tract. de privileg. Jurisconsult. privileg. 71. num. 12.* Ala. *d. Tr. q. 36.*

Ad Conclus. 19.

Superiori quæstioni affinis est ista, de qua agere institui, videlicet, de Advocato, & Causidico Christiano, qui docent clientē ut subtrahat adversario instrumenta & testes, quibus ille possit causam defendere: si enim actor sciat aliquem notarium exiguæ fidei rogatum esse de aliquo instrumento, quod multum faciat ad causam adversarii, qui successit in fastum alienum, scio ego clientem posse, ac solere muneribus, & promissis allicere illum notarium, ut interrogatus neget, se de illo fuisse rogatum; qua in re, in primis inducitur ille notarius ad peccatum mortale, Graff. Decis. Aurear. *lib. 3. cap. 9. num. 3. part. 1.* deinde infertur damnum notabile adversanti. Testes vero aggreditur cliens, quodam genere loquendi ad speciem modestissimo, peto à te ut dicas veritatem, & ne mihi damnum afferas; alias denuncio tibi inimicitiam, quæ postrema pars, nihil aliud præ se fert, ad sensum cujuscunque prudentis, nisi ut testes abstineant à ferendo testimonio, vel il-

illos alio modo corrumpunt, vel aperte terrent; quod sane delictum detestantur omnes, Cyn. & Paul. inter alios *in d. l. providendum. C. d. postul.* Abb. *in cap. cum causam: colum. penult. de testib.* Cagnol. *in d. l. 2. num. 204. ff. de orig. jur.* Innoc. *in cap. intimavit circa fin. de testib.* Ange. *in l. satis aperte. C. ad legem Cornel. de fals.* Felin. *in cap. olim. colum. 3. de accusat.* Marsil. *in Rubr. C. de probat. num. 204.* Navar. *in Manual. cap 25. num. 28. versic. 4. peccat.* Hoc loco me cogit Christiana pietas, ut deplorem ac defleam conditionem miserrimam infinitorum hominum, qui sola taciturnitate damnati, malunt ad flammas inextinguibiles inferni, quam loquendo offendere voluntatem, & animum cujusvis homunculi; quando enim aliquis testificando, potest avertere injustum damnum proximi sui & rogatur, ab eo, ut testimonium perhibeat, debet testificari sub pœna peccati mortalis D. Thom. *2. 2. quæst. 70. artic. 2.* ubi subdit quod si non, requiratur uti testis, vel aliqua justa causa, non possit examinari, debet veritatem enunciare alicui, qua possit litigatori podesse, ubi Caietan. & Mich. Salon. *in 2. conclus.* & quando fuit requisitus, tenetur ad restitutionem damnorum, &c. Petr. Aragon. *ubi col. 3. vers. his constitutis.* Navar. in Manual. *cap. 28. n. 41.* Ludov. Carbon. *de restitut. quæstion. 51. in materia testium.* Graff. *ubi supra, p. prima, cap. 135. num. 6.* Sylvester *in verbo. testis. quæstio. 8.* ex

quibus consequitur, quod cum testis mortaliter peccet, ut dictum est, pari ratione, peccat litigator, & Advocatus, qui sunt Autores hujusmodi sceleris; & postquam incidimus in hanc tractationem testium, hoc obiter notandum est, mortaliter peccare clientem, qui suos testes subornat, ut falsa dicant, aut vera taceant. Navar. *ubi supra, num. 29.* & cæteri consentiunt; potest tamen Advocatus illos docere, ut bene explicent rationem sui dicti, ita ut bene concludant. Afflict. *ad Constitut. Advocatos, num. 6.* motus autoritate Roffred. *in tit. de Senat. Consult. Liboniano.* Ala. *de Advoc. & Causid. Christian. q. 45.*

Altera hujusmodi processuum causa mihi in ipsis Advocatis, & Procuratoribus residere putatur, qui non minus Christiana charitate frigidi, & juramenti præstiti immemores, clientulis suis bonam perpetuam causam asserunt, ad litis intentationem, aut progressum incitant, & (ut ante dixi) pene victoriam promittunt; unde clientes tum alacriores, tum audaciores effecti, certius in voracem illum litigandi tanquam descendunt, in quem omnia sua falso persvasi defodiunt, satius ac Christo gratius facerent, si hisce verbis clientulos admonerent. Amice accepi, & intellexi causam tuam, quæ mihi talis videtur, ut in una parte tibi juris æquitatem polliceri videatur, in altera autẽ parte, dum varias personarum, locorum, temporis, & pri-

vi-

vilegiorum circumſtantias conſidero, non omnino ſcrupulo cauſam tuam navare comperio, & proceſſus erit longus, moleſtia pro te intolerabilis; & ſumtus infiniti. Quare ex fraterna charitate ſuaſerim, ne in hanc litem temere deſcendas, aut ut à cœpta deſiſtas, omnemque controverſiam cum adverſario, potius amice tranſigas, ad quod (ſi placet) ego velut de tua voluntate ignarus, libens meam præſento operam, & adverſarium tuum cum ipſius Advocato ſimul inflectere conabor, id ſi feceris rem tibi jucundam, nedum perutilem feceris, & meis conſiliis paruiſſe non pœnituerit. Hiſce ſermonibus, ſi alter Advocatus ſuum quoque, clientulum adhortaretur, & ad concordem transactionem ſuaderet potiꝰ, quam ad litis inſtitutionem, pauciores haud dubie paſſim efferveſcerent lites, minusque perſtreperent ubique litibus fora, pauciora comperirentur Advocatorum, & Procuratorum examina, & paſſim ſinceriores conſpiceremus Chriſtianos. Sed quid iſthæc commemoro? certe ſurdis cano, ob id quod hoc Chriſtianum exemplum, pauci metuo imitabuntur, quodque tam ad incitandum, quam ad diſſuadendum propenſiores videantur. Illud enim plus ad farinam facere intelligunt. Quocirca, ut majus lucri aucupium faciant, res parvas magnis ſcripturis explicant, multasque paginas implent, ſed diſtantibus lineis, di-

ſtantioribusque verbis ac literis, ita ut in ſingulis paginis certæ aliquot duntaxat conſcribantur regulæ, & ſingulæ regulæ certas aliquot contineant vocularum. Ita opplentur multæ paginæ paucis lineis paucioribusque verbis, ſed cum non exiguo lucro, cum ſingulis paginis ſua conſtituantur ordinaria præmia, ex quibus ipſi incraſſentur, & miſelli litigatores prorſus extenuentur: quanto enim plures paginæ, tanto plus exurgit lucri: quia iidem ut incautius fallant, jubent ſibi comparari papyrum parvæ formæ, quæ vix præſcriptas lineas, totidemque voculas capiat, ut decentius omnia completa appareant, & lucrum habeatur excuſatius. Tandem clientulos ſuos ſic multis ſcripturis multisque ſuaſionibus in proceſſuum tricis, ita involvunt, ut neſciant ipſi quomodo in eas perplexitates corruerint, quid ipſis agendum reſtet, & quomodo tandem ſeſe, ex iis tricis explicare poterint: Si enim à lite cœpta ſuperſedeant, perdunt cauſam, & ſumtus, ſi in lite pergant, terrentur futuris ſumtibus, & litis dubium formidant exitum, *l. quod debetur. & ibi Bart. ff. de pecul.* Conſtituuntur igitur inter ſacrum & Saxum, & lupum auribus continent Chriſti. Hoc denique advocatoriatus, ac procuratoriatus compendioſum officium, tantum multis confert lucri, ut ejus ſpe non pauci alliciantur, ut ſuos liberos eò libentius jurium

ſtu-

ſtudiis addicere velint cognoſcentes eorum praxin, & peritiam annuum certumque culinæ parare proventum, imò certiorem, quã quivis Reipubl. ſtylus alius. Solet dici:

Dat Galenus opes, dat Juſtinianus honores.

Nunc vero dicendum videtur, Juſtinianus opes, nunc dat Galenus honores. Damhoud. *Prax. rer. civ.*

APPENDIX.

Der Chriſtliche Advocat.

DEs Chriſtlichen Advocaten Hauptzweck iſt/ ſeinem Clienten in Sachen/ die nicht wider Gott/ wider die Chriſtliche Liebe/ wider Wiſſen und Gewiſſen lauffen/ treu/ auffrichtig/ redlich/ fleiſſig und alſo zu dienen/ als wäre die Sache ſein eigen/ ja ſeines HErrn Chriſti/ deme er/ als ein wahrer Chriſt/ alles innerliche und äuſſerliche/ Verſtand/ Willen/ Leib/ Leben/ Haab/ Ehr und Guth willigſt aufzuopffern verpflichtet. Er ſuchet nicht/ was ſein iſt/ ſondern durch die Liebe/ was ſeines Nechſten iſt/ daſſelbe wider heimlich- oder öffentliche Gewalt und Unrecht/ gebührend zu vertheidigen/ zu beſchützen/ zu erhalten/ und das Verlohrne rechtmäſſiger Weiſe dem Eigenthums-Herrn wieder zubringen.

Ob er auch von der Welt seiner Treue/ Redlichkeit und Christlichen Auffrichtigkeit halber gehasset/ geneidet und verfolget wird.; wenig Danck und Belohnung von seiner sauren Mühe und Arbeit verdienet/ also sein nährlich- und spährliches auskommen hat/ so erinnert er sich in Demuth seiner Unwürdigkeit/ ist mit seinem Schöpffer und Wolthäter gern zu frieden/ als der ihme ohne das auch den geringsten Strohalm nicht schuldig: getröstet sich darnebenst/ daß der Gerechten Saamen nicht nach Brodt gehen solle; daß GOtt ihn mit den Seinigen ernehren könne/ freuet sich dabey seines guten und ruhigen Gewissens/ so ihme werther den viel tausend Stück Goldes und Silbers: und daß ein redlicher Nahme und Ruhm/ den er hinter sich lässet/ seinen Kindern ein grosses Erbtheil sey. Denen Armen und Geringen dienet er so willig und treulich/ als denen Reichen/ und erfreuet sich/ wañ er nur Gelegenheit findet/ derer Armen/ Witben und Wäysen und Frembdlingen Sache zu befördern/und ihnen zugleich und Recht zu helffen; Weil er sich erinnert/ was der HErr durch seine Diener/ die Propheten befiehlet: Trachtet nach Recht/ helfft dem Unterdrückten/ schaffet den Wäysen recht/ uñ helfft der Witben Sachen. Item: So spricht der HErr: Richtet recht/ und ein ieglicher beweise an seinem Bruder Güte und Barmhertzigkeit: und thut nicht unrecht den Witben/ Wäysen/ Frembdlingen und Armen. Wird ihme eine Rechts-Sache vermittelst gerichtlichen *Procesſes* auszuführen/ angesonnen/ so fähret er nicht alsobalden zu/ diesel-

be

be etwan in Hoffnung eines guten Gewinsts und stattlichen *recompenses* unbedachtsam/ *quocumque modo* zu *defendiren*: Weniger *promittiret* er demselben einen ohnfehlbaren Obsieg/ sondern lässet sich zuförderst in der Sache und allen Umständen wohl und fleißig *informiren* / und wo er nicht so balden die *applicationem justi* aus denen Rechten / löblichen *Statuten* und Gewonheiten/ finden kan / erholet er sich bey den Christlichen und gewissenhafften Rechtsgelehrten guten Raths und *information*: da er auch *ratione facti* einigē Zweiffel bey sich befindet/ und etwan die *narration* desselben ihme verdächtig vorkommt/ redet er seinen *Client*en ernstlich zu / bey Vermeydung Gottes/ als Hertzenkündigers/ angedroheten Zorns und Ungnade / die liebe Warheit rund und deutlich zu bekennen / den geringsten der Sachen Umstand nicht zu verhählen/ damit in Verschweigung dessen er nicht anlauffen / und das Unrecht mit seinem und eigenen deß *Client*en Nachtheil/ Schimpff/ und Spott zu vertheidigen/ bemühet seyn möge. Seinen *Client*en stellet er allezeit beweglich vor/ was der fromme Abraham / seines Brudern Sohne / dem Loth/ bey dem zwischen ihrer beyder Hirten sich ereigneten Unwillen und Zänckerey/ aus liebreichen Hertzen sagte: Laß nicht Zanck seyn / zwischen mir und dir / denn wir sind Brüder (Christen) wiltu zur Rechten so will ich zur Lincken/ wiltu zur Lincken so will ich zur Rechten; und was der Apostel zu seinen aus der Heydenschafft beruffenen Christen schreibt: So viel an euch ist/ haltet mit iederman Friede. Durch diese und an-

dere ernstliche Ermahnungen nebst Vorstellung de-rer beschwerlichen Rechts-*Processen* / bemühet er sich seinen *Clienten* zu Friede/ Gedult/ Einigkeit uñ einen billigen Vertrag zu bewegen.

Wann er vermerckt/ daß sein *Client* aus einem fleischlichen Eyfer wider seinen *Contrapart* erhitzt/ und in schnöder Vergessenheit der Christlichen Liebe/ auf die Strenge/ und Schärffe der Rechten dringet/ so erinnert er ihn sobald der Sanfft- und Demuth seines HErrn JEsu/ warnet ihn/ darne-benst daß er ja um der Streit-Sache willen der Person nicht feind seyn / und etwan einen heimlichen Groll und Haß wieder dieselbe in seinem Hertzen hegen werde: weiln solches der Christlichen Liebe/ die er auch seinem Feinde schuldig / zu wider / und an sich selbst ohn verantwortlich und verdamlich.

Mund und Feder braucht er nur zu nöhtiger Vorstellung der Sachen gründlichen Beschaffenheit und des Rechten. Allen *rabular*ischen Schmähen und Lästern / so wohl denen Rechten und der Christlichen Liebe zu widerlauffenden ehrenrürigen Anzüglichkeiten/ in Reden und Schreiben / ist er gantz abgeneigt/ und ob er wohl von seinen Gegentheil hierzu veranlasset würde/ so erinnert er sich doch allezeit der Christlichen Bescheidenheit / wohlwissende/ daß Scheltworte mit Scheltworten zu vergelten/ weder Christlich/ verantwortlich/ noch ihme selbst rühmlich / seinen *Clienten* fürträglich sey. Vielmehr bleibt er bey denen *meritis causæ*, und läs-set ihm angelegen seyn dieselbe zu Beförderung der lieben *Justiz*, dem Richter bloß/ *sine verborum cir-*

cui-

cultu & fuco, vorzustellen. Ob er zwar die vorgeschriebene *Proceß*-Ordnung / als eine Regul und Richtschnur fleissig *observiret* / so mißbraucht er doch dieselbe keines wegs / dringet auch auf dessen *solennia*, ausser wo es der Sachen wahre Nothdurfft erfordert / so hart nicht / sondern *reflectiret* allezeit auf die Christliche Liebe und Billigkeit. Nicht alles was dem Rechts-*Procefs conform*, hält er *in applicatione* der Christlichen Gebühr und Schuldigkeit gemäß. Wann er siehet / daß von anderen bestochenen oder verlogenen Rechts-Verkehrten Menschliche Rechte und Satzungen gleichsam mit den Haaren herbey gezogen uñ gezwungen werden / daß solche was krumm ist / gerade / und was unrecht / recht sprechen sollen / so hasset er solch unchristliches Beginnen / von innersten Hertzen-Grund / sich stets erinnernde des schrecklichen Wehe / welches der eyferige Gott über derer Hälse donnert / die das Recht in Gall und Wermuth verkehren.

Sein Christlich Gewissen / und die Liebe zur Gerechtigkeit ist ihm lieber / denn alle Schätze *Ægypti*. Er spart keinen Fleiß alle Hinderniße und Verschiebunge des *Processes* / die entweder auf seiten des Richters / oder derer Partheyen sich ereignen / aus dem Wege zu räumen / und die Sache zu ihrer abhelfflichen masse zu befördern. Er trägt Bedencken ohne höchstdringende und ohnvermeidliche Noth und hinderniß / einige *dilation* oder Auffschub bey dem Richter zu suchen / ist aller Weitläufftigkeit und beflissener Verzögerung gramm / hält dieselbe vor unverantwortlich / und wo es nur möglich

lich wäre/ möchte er wünschen/ daß wo nicht im ersten/ doch im andern und dritten *termin* die Rechtfertigung ihre Endschafft erreichte. Wann Beweißthum zuführen ihme oblieget/ so *tergiversiret* er nicht/ sondern bemühet sich/ die lautere Warheit dem Richter beyzubringen. Er *instruiret* die Zeugen nicht entweder zu leugnen/ die Warheit zu verschweigen/ oder ichtwas zu reden/ was derselben nicht gemäß/ohngeachtet seinen *Client*en hierdurch geholffen werden könte. Vielmehr erinnert er sie ihres Christenthums/ und daß/ bey Vermeydung der hochschweren Meineydes-Straffe/ sie ja niemand zu Lieb und Leid ihr Zeugniß und Wissenschafft mit guten redlichen Gewissen ablegen und hiedurch die liebe Warheit und *Justiz* ohn gekränckt in ihrem *vigor* lassen und verthädigen wollen. Ob er zwar seines Nechsten guten Nahmen/ Ehr und Leimut/ wider die Verleumbder und *injuriant*en zu verthätigen sich schuldig erkennet/ so verhütet er doch mit allem Fleiß/daß ohne höchstdringende und unumgängliche Noth einige *injurien*-Klagen angesponnen werden/ bey welchen *Processen* gemeiniglich viel Sünden/ als Feindschafft/ Groll/ Haß/ Zanck/Zwietracht/gifftige Verbitterung und dergleichen mit unterlauffen/ welche offt beyde Partheyen/ so wohl den Beleidigten als beleidiger wegen der unchristlichen Unversöhnlichkeit die Seelen ins ewige Verderben stürtzen. An denen hitzigen *Retorsionen* und vermeinten Ehrenerrettungen derer sich die heutige Welt in Schmäh-Sachen öffters gebraucht/ träge er keinen Gefallen/ weil er


weiß/

weiß/ daß hierdurch die Liebe des Nechsten hefftig gekräncket/ der Groll und Haß wider den Beleidiger mehr gestärcket/denn gedämpffet/ und in *effectu* eine Privat-Rache darunter verborgen liege/ und doch der ehrliche Nahme hierdurch wenig *conservi*ret werde. Er erinnert sich/ daß man Böses mit Bösen/Scheltwort mit Scheltwort nicht vergelten solle/ ohngeacht die Welt anders hiervon zu urtheilen pflegt. Bey ihme gelten Christi Wort/ die Liebe und Erbauung des Nechsten/ nebst der demütigen Gedult mehr/ denn weltliche Gesetz/ welche mehr ieweiln leiden/ nachgeben und erdulden/ denn das Christenthum billigen und leiden mag. In peinlichen Sachen gehet er behutsam/forschet angelegenen Fleisses den Grund der Warheit/ und da er seinen *Client*en in seinen Gewissen schuldig findet/ weiset er denselben mit treuhertziger Warnung von sich: allzeit ingedenck des HErrn Worts: da er sagt: Wehe dem/der dem Schuldigen recht spricht/ und den Unschuldigen verdammet. Gewinnet er seinen *Clienten* die Sache durch Urtheil und Recht/ so freuet er sich zwar der Gerechtigkeit/ nicht aber des Gegentheils Schaden und Verlusts/ welchen derselbe hierdurch entweder am Leibe/ Ehren/ oder Haab und Guth leiden muß/ sondern betrübt sich vielmehr darüber in Erwegung deß allgemeinen Menschlichen Jammers und Elendes/ daß die Menschen offtermals um das Zeitliche so eyferig rechten und fechten/ und doch mit Hindansetzung des lieben Christenthums bey gewonnenem Recht ein verletzt Gewissen/und einen erzürneten Gott haben. Er erinnert sich darnebē/

daß manchmal vor Menschen ein gerechtes Urthel gefallen/solches aber Gottes Gericht dem Höchstẽ Richter und Hertzenkündiger gleichwol mißfallen könne. Verlieret auch sein *Client* die Sache/so stellet er solches Gott und den Rechten anheim / und ermahnet ihn den Rechten und der *Execution* des gesprochenen Urtheils sich in Christlicher Gedult zu unterwerffen/und desselben sonder erhebliche Ursache sich nicht zu *opponiren* / wenigers durch allerhand nichtige ausflüchtige und *tergiversationes* das Recht zu hemmen/ und hierdurch das Gegentheil mürbe und müde zu machen/ darmit er zu einem unbilligen Vergleich gedrungen werde. Gehet aber ein ungerechtes Urtheil wider ihn / als einen vor GOtt und der Welt unschuldigen Menschen / wie leider! heutiges tages durch verhaßte *corruptelen* oder fleischliche *affecten* des Richters/oder andere Practicken/ iezuweilen zugeschehen pflegt / so leidet er solches geduldig/ tröstet sich seines guten Gewissens / befihlet sich Gott und dessen Schutz und Beystande. *Summa:* Er ist ein tapfferer Verthädiger der Gerechtigkeit/ein Beschützer der Unrecht- und Gewaltleidenden/ein Trost und Hülffe der Armen/ der Mund der Witben und Wäysen/ denen zu helffen/er biß in den Todt getreu verbleibet.

Ein geistlich Lied eines Christlichen Advocaten. C.S.

I.


GOtt! ich solt billig Abscheu tragen
zu werden auch ein *Advocat;*
Weil über solche so viel klagen
Man biß daher gehöret hat.

Du

Du selbsten klagst/ als ich es find/
Seht! unter meinem Volcke sind;
2. Die Leuten stellen / Fallen richten
Zu fahen wie die Vogler thun/
Die Häuser sind voll tückisch Tücken/
Im Setzen sie gantz nimmer ruhn.
Daher sie werden mächtig reich
Fett und Glatt/ dem Gemästen gleich.
3. Sie fördern keine Sach den Wäysen.
Und helffen denen Armen nicht/
Sie lassen sich mein Wort nicht weisen/
Sie achten mich nicht / wo das Licht.
Ich wil sie plötzlich schiessen nun/
Daß ihnen es recht weh soll thun.
4. Vor dieses/ Gott! die Haut mir schauret/
Daß solche Falschheit in der Welt/
Mein Hertz/ wie billig/ es bedauret/
Das böse Thun mir nicht gefält.
Jedoch gedencke ich dabey
Daß es nicht so durchgehend sey.
5. Es ist wie unter andern allen
Das Böß und Gute stets gemengt/
Es seynd auch schon die dir gefallen/
Und derer Hertze an dir hängt/
Noch mancher treuer *Advocat*
Vor dich und vor der Welt Lob hat.
6. Ein solcher möcht auf dieser Erde
Mein Gott! ich auch seyn hertzlich gern/
Daß aber ich dergleichen werde/
So bitte ich dich meinen HErrn!
Ach! schaffe mir durch Christi Schmertz
Ein gut Gewissen/ reines Hertz.

7. Laß meinem Nechsten mich so dienen
   Als mir zu dienen ich auch wolt/
Laß / was zu thun mich nicht erkühnen
   Das meinem Nechsten schaden solt
Dem Gegentheil/ wie offt bekannt/
Das Recht möcht spielen aus der Hand.

8. Laß mich nicht böse Sachen schmücken
   Durch Räncke/ List und falsches Recht/
Die Armen niemals unterdrücken/
   nicht ansehn Herren oder Knecht/
Und nicht durch Gold und Geld das stumm
Gerade machen/ was ist krumm.

9. Vielmehr mach/ daß ich Christlich handel
   Denck daß du dich läst teuschen nicht!
Und daß ich dir von meinem Wandel
   Muß Antwort geben vor Gericht/
Da dann so klein Gesponnens nicht/
Das nicht solt kommen an das Licht.

10. O hilff mir Gott! umb Christi willen/
   Der mein Fürsprecher früh und spat/
Laß deinen Willen mich erfüllen/
   Und seyn der Deinen Advocat.
Von dem man sagt: der Gottes Knecht
Sieht bloß auff Gott/ und auf das Recht.

INDEX

Succinctus rerum, quæ in hoc libello continentur, ad ipsius Conclusiones & numeros sese referens.

A.

Ad-

Ad-

B.

C

Die

Inju-

Jura-

L.

M.

N.

O.

P.

V.

F I N I S.



L. B.

Cùm propter abſentiam Auctoris, ut communiter ferè fieri ſolet, multa ſphalmata Typographica irrepſerint, v. g. audi, pro audiri; Aycer, pro Ayrer, SALTATORI pro SALVATORI, & alia, benivolus Lector ea corrigere velit.

